V. Cum jam intra muros Carthaginis veniſſet, et Carthaginenſes ex arce ſe defenderent, ac mare inter caſtra ipſius et arcem non eſſet profundum: conſulente Polybio ut ferreos murices ſpargeret, aut tabulis vada conſterneret clavos eminentes habentibus, ne tranſire hoſtes ad oppugnandum vallum poſſent, reſpondit: *Ridiculum eſſe captis muris intra urbem progreſſos hoc jam agere ne cum hoſte ſit pugnandum.*

VI. Cum inveniſſet eam urbem repletam ſtatuis donariiſque Græcanicis e Sicilia

τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας ἐπιγινώσκειν καὶ κομίζεσθαι.

ζ'. Τῶν δὲ χρημάτων οὔτε δοῦλον οὔτε ἀπελεύθερον εἴα λαβεῖν οὐδένα, ἀλλ' οὐδὲ πρίασθαι, πάντων ἀγόντων καὶ φερόντων.

C η'. Γαΐῳ δὲ Λαιλίῳ τῷ φιλτάτῳ τῶν ἑταίρων ὑπατείαν μετιόντι συμπράττων ἐπηρώτησε Πόμπιον, εἰ καὶ αὐτὸς ὑπατείαν μέτεισιν· ἐδόκει δὲ ὁ Πόμπιος υἱὸς αὐλητοῦ γεγονέναι· τοῦ δὲ φήσαντος μὴ μετιέναι, ἀλλὰ καὶ τὸν Λαίλιον ἐπαγγελλόμενος συμπεριάξειν καὶ συναρχαιρεσιάσειν, πιστεύσαντες καὶ περιμένοντες ἐκεῖνον, ἐξηπατήθησαν· ἀπηγγέλλετο γὰρ αὐτὸς ἐν ἀγορᾷ περιιὼν καὶ δεξιούμενος τοὺς πολίτας. Ἀγανακτούντων δὲ τῶν ἄλλων, ὁ Σκιπίων γελάσας, Ἀβελτηρία δὲ, εἶπεν, ἡμῶν, καθάπερ οὐκ ἀνθρώπους μέλλοντες, ἀλλὰ θεοὺς παρακαλεῖν, πάλαι διατρίβομεν αὐλητὴν ἀναμένοντες.

θ'. Ἀππίου δὲ Κλαυδίου περὶ τῆς τιμητικῆς ἀρχῆς

C. 9. Ἀβελτηρία δὲ—ἡμῶν] Depravatum, ſine dubio. Facillima eſt correctio Ἀβελτηρία γε—ἡμῶν.

advectis, edixit ut e ſingulis urbibus venirent qui dignoſcerent ſuaque auferrent.

VII. Nihil quicquam ſuorum quenquam paſſus eſt vel liberum vel ſervum de præda accipere, ac ne emere quidem, omnibus aliis direptioni vacantibus.

VIII. Caio Lælio amiciſſimo ſuo in petitione conſulatus operam navans, e Pompeio, qui putabatur tibicinis eſſe filius, quæſivit an ipſe quoque conſulatum eſſet petiturus: reſpondit is neque ſe ambiturum, et comitia cum Lælio obiturum, ejuſque petitioni ſtudio ſuo opitulaturum. Hoc illi credentes, decepti ſunt, renunciatumque eſt Pompeium in foro circumire ac prenſare cives. Tum reliquis ſtomachantibus, ridens Scipio, *Noſtra*, inquit, *ſtultitia hoc ſit, qui quaſi non homines, ſed deos precaturi jamdudum moras nectimus expectando tibicinem.*

IX. Certamen erat ei in petitione cenſuræ cum Appio

ἁμιλλωμένου πρὸς αὐτόν, καὶ λέγοντος ὅτι πάντας ὀνόματι Ῥωμαίους αὐτὸς ἀσπάζεται, Σκιπίωνος ὀλίγου δεῖν ἀγνοοῦντος ἅπαντας, Ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν, ἐμοὶ γὰρ οὐκ εἰδέναι πολλούς, ἀλλ' ὑπὸ μηδενὸς ἀγνοεῖσθαι μεμέληκεν. D

ι'. Ἐκέλευε δὲ τοὺς πολίτας, ἐπειδὴ ἐτύγχανον πολεμοῦντες Κελτίβηρσιν, ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν στρατείαν ἐκπέμψαντας, ἢ πρεσβευτάς, ἢ χιλιάρχους, μάρτυρας λαμβάνειν καὶ κριτὰς τῆς ἑκάστου ἀρετῆς τοὺς πολεμοῦντας.

ια'. Ἀποδειχθεὶς δὲ τιμητής, νεανίσκου μὲν ἀφείλετο τὸν ἵππον, ὅτι δειπνῶν πολυτελῶς ἐν ᾧ χρόνῳ Καρχηδὼν ἐπολεμεῖτο, μηλίπηκτον εἰς σχῆμα τῆς πόλεως διαπλάσας, καὶ τοῦτο Καρχηδόνα προσειπών, προύθηκε διαρπάσαι τοῖς παροῦσι· καὶ πυνθανομένου τοῦ νεανίσκου τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἀφήρηται τὸν ἵππον, Ἐμοῦ γάρ, ἔφη, πρότερος Καρχηδόνα διήρπασας. E

ιβ'. Γάϊον δὲ Λικίνιον ἰδὼν παρερχόμενον, Οἶδα, ἔφη, τοῦτον ἐπιωρκηκότα τὸν ἄνδρα· μηδενὸς δὲ κατηγοροῦντος, οὐ δύναμαι κατήγορος αὐτὸς εἶναι καὶ δικαστής.

Claudio: qui cum diceret, ſe omnes cives nominatim compellare, Scipione fere omnes ignorante: *Vera*, ait Scipio, *dicis; non enim mihi cura fuit multos noſſe, ſed a nemine ignorari.*

X. Et cum eſſet Romanis bellum adverſus Celtiberos, ſe competitoremque legatos aut tribunos militum mitti ad exercitum poſtulavit, belligerantibus de utriuſque virtute ſententiam teſtimoniumque laturis.

XI. Cenſor creatus, adoleſcenti equum ademit, qui quo tempore Carthago obſidebatur, inſtructa ſumptuoſa cœna, placentam mellitam ad ejus urbis formam confectam, et Carthaginis nomine inſignitam, diripiendam convivis propoſuiſſet: et quærenti cur equo mulctaretur, *Quia*, inquit, *me prior Carthaginem diripuiſti.*

XII. Caium Licinium videns accedere, *Scio*, inquit, *hunc pejeraſſe; quia autem nemo accuſat eum, non poſſum ipſe actor judexque ſimul eſſe.*

ιγ'. Ἐκπεμφθέντα δ' αὐτὸν ὑπὸ τῆς βουλῆς τρίτον, ὥς φησι Κλειτόμαχος,

Ἀνθρώπων πόλεών τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντα,

πόλεων, ἐθνῶν, βασιλέων ἐπίσκοπον, ὡς εἰς Ἀλεξαν-
F δρειαν ἧκε, καὶ τῆς νεὼς ἀποβὰς, ἐβάδιζε κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ ἱμάτιον, ἠξίουν ἀποκαλύψασθαι περιθέοντες οἱ Ἀλεξανδρεῖς, καὶ δεῖξαι ποθοῦσιν αὐτοῖς τὸ πρόσωπον. Ἀποκαλυψαμένου, κραυγὴν καὶ κρότον ἐποίησαν. Τοῦ δὲ βασιλέως μόλις ἁμιλλωμένου βαδίζουσιν αὐτοῖς, δι' ἀργίαν καὶ τρυφὴν τοῦ σώματος, ὁ Σκιπίων ἀτρέμα πρὸς τὸν Παναίτιον ψιθυρίσας εἶπεν, Ἤδη
201 τι τῆς ἐπιδημίας ἡμῶν Ἀλεξανδρεῖς ἀπολελαύκασι· δι' ἡμᾶς γὰρ ἑωράκασι τὸν βασιλέα περιπατοῦντα.

ιδ'. Συναπεδήμει δὲ αὐτῷ φίλος μὲν εἷς φιλόσοφος Παναίτιος, οἰκέται δὲ πέντε· καὶ τοῦ ἑνὸς ἀποθανόντος ἐπὶ τῆς ξένης, ἄλλον μὴ βουλόμενος πρίασθαι, ἀπὸ τῆς Ῥώμης μετεπέμψατο.

ιε'. Τῶν δὲ Νομαντίνων ἀμάχων εἶναι δοκούντων,

XIII. Miſſus a ſenatu tertium, ut ait Clitomachus,

Ut multorum hominum mores ac jura videret,

urbeſque, gentes et reges inviſeret: ut Alexandriam pervenit, egreſſus eſt navi, proceſſitque cooperto capite: circum vero curſitantes Alexandrini rogaverunt ut retegeret faciem, deſiderioque ejus videndi captis ſpectandam præberet: vocemque et plauſum eo impetrato ſuſtulerunt: quorum ambulationem cum rex ob ignaviam et mollitiem corporis ægre magno niſu æquaret, Scipio Panætio in aurem inſuſurravit: *Jam nunc Alexandrini fructum noſtræ peregrinationis ceperunt, qui propter nos regem viderint deambulantem.*

XIV. Unum omnino ea in legatione habuit de amicis comitem Panætium, ſervos quinque: de his uno in peregrinatione mortuo, alium nolens emere, Roma accivit.

XV. Numantinos cum in-

καὶ πολλοὺς νενικηκότων στρατηγοὺς, ὕπατον ἀπέδειξε Σκιπίωνα τὸ δεύτερον ὁ δῆμος ἐπὶ τὸν πόλεμον· ὁρμημένων δὲ πολλῶν ἐπὶ τὴν στρατείαν, καὶ τοῦτο διεκώλυσεν ἡ σύγκλητος, ὡς ἐρήμου τῆς Ἰταλίας ἐσομένης. Καὶ χρήματα λαβεῖν τῶν ἑτοίμων οὐκ εἴασαν, ἀλλὰ τὰς τελωνικὰς προσόδους ἀπέταξαν, ὑπὸ χρόνον ἐχούσας· B ὁ δὲ Σκιπίων χρημάτων μὲν οὐκ ἔφη δεῖσθαι, τὰ γὰρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν φίλων ἐξαρκέσειν· περὶ δὲ τῶν στρατιωτῶν ἐμέμψατο. Χαλεπὸν γὰρ εἶναι τὸν πόλεμον, εἰ μὲν δι' ἀνδρείαν τῶν πολεμίων ἥττηνται τοσαυτάκις, ὅτι πρὸς τοιούτους, εἰ δὲ δι' ἀνανδρίαν τῶν πολιτῶν, ὅτι μετὰ τοιούτων.

ιϛ'. Ἐπεὶ δὲ ἐλθὼν εἰς τὸ στρατόπεδον, πολλὴν ἀταξίαν καὶ ἀκολασίαν καὶ δεισιδαιμονίαν καὶ τρυφὴν κατέλαβε, μάντεις μὲν εὐθὺς ἐξήλασε καὶ θύτας καὶ πορνοβοσκοὺς, σκεύη δὲ προσέταξεν ἀποπέμπειν ἅπαντα, πλὴν χύτρας, ὀβελίσκου, καὶ ποτηρίου κεραμεοῦ· τῶν δὲ C ἀργυρέων ἔκπωμα οὐ μεῖζον δύο λιτρῶν συνεχώρησε τοῖς

ſuperabiles putaret populus, qui multos jam Romanos duces viciſſent, Scipioni ſecundum conſulatum detulit, ejus belli gerendi gratia. Cum autem multi nomina ſua ei militiæ darent, inhibuit hoc ſenatus deſertam fore iſto pacto Italiam dicens: ſed et pecuniam quæ ad manum et parata erat ſumere eum non paſſi ſunt, et reditus vectigalium ei deſtinaverunt, quorum nondum appetierat tempus. Ad hoc reſpondit Scipio, *Pecuniæ ſibi de ſuo et amicorum facultatibus fore ſatis.* Id vero reprehendit quod de militibus erat decretum: quod diceret, *bellum grave eſſe, ſi quidem ob fortitudinem hoſtium toties victi eſſent Romani, contra tales: ſin ob ignaviam civium, militibus talibus gerendum.*

XVI. Ut venit ad exercitum, multum ibi confuſionis, intemperantiæ, ſuperſtitionis, luxuſque reperit. Itaque ariolos, ſacrificulos, lenoneſque ſtatim exturbavit, et omnia juſſit amovere vaſa, demptis olla, veru, et figlino poculo, argenteorum poculorum nullum duabus libris majus per-

βουλομένοις ἔχειν· λουτρῶν δὲ ἀπεῖπε, τῶν δὲ ἀλειφομένων τρίβειν ἕκαστον ἑαυτόν· τὰ γὰρ ὑποζύγια χεῖρας οὐκ ἔχοντα, ἑτέρου τρίβοντος δεῖσθαι· προσέταξε δὲ ἀριστᾶν μὲν ἑστῶτας ἄπυρον ὄψον, δειπνεῖν δὲ κατακειμένους ἄρτον ἢ πόλτον ἁπλῶς, καὶ κρέας ὀπτὸν ἢ ἑφθόν· αὐτὸς δὲ σάγον ἐμπεπορπημένος μέλανα περιῄει, πενθεῖν τὴν τοῦ στρατεύματος αἰσχύνην λέγων.

ιζʹ. Μεμμίου δέ τινος χιλιάρχου λαβὼν ὑποζύγια, D ψυκτῆρας διαλίθους περικομίζοντα καὶ Θηρικλείους, Ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ἡμέρας τριάκοντα καὶ τῇ πατρίδι, σαυτῷ δὲ τὸν βίον ἅπαντα, τοιοῦτος ὤν, ἄχρηστον πεποίηκας σεαυτόν.

ιηʹ. Ἑτέρου δὲ θυρεὸν ἐπιδείξαντος εὖ κεκοσμημένον, Ὁ μὲν θυρεὸς, εἶπεν, ὦ νεανία, καλός· πρέπει δὲ Ῥωμαῖον ἄνδρα μᾶλλον ἐν τῇ δεξιᾷ τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ἢ τῇ ἀριστερᾷ.

ιθʹ. Τοῦ δὲ τὸν χάρακα αἴροντος, σφόδρα πιέζεσθαι

miſit habere volentibus: lavacro interdixit: qui inungerentur, quemque a ſeipſo fricari juſſit, quod diceret jumentis fricante opus eſſe quia manibus ipſa carerent. Prandere juſſit obſonium nullo igni coctum, in cœna accumbentes edere panem aut pultem ſimplicem, et carnem elixam ſive aſſam: ipſe ſago amictus nigro obambulavit, lugere ſe inquiens turpitudinem exercitus.

XVII. Cum incidiſſet in Memmii cujuſdam tribuni militum jumenta, quæ gemmis ornata ac Thericlea geſtabant pocula, *Talis*, inquit, *cum ſis, mihi patriæque te ad triginta dies, tibi ipſi per omnem vitam reddidiſti inutilem.*

XVIII. Alii clypeum oſtentanti præclare ornatum, *Clypeus quidem*, inquit, *O adoleſcens pulcher eſt: cæterum Romanum virum magis decet in dextra ſua fiduciam habere, quam in ſiniſtra collocatam.*

XIX. Vallum tollenti, et

καὶ πολλοὺς νενικηκότων στρατηγούς, ὕπατον ἀπέδειξε Σκιπίωνα τὸ δεύτερον ὁ δῆμος ἐπὶ τὸν πόλεμον· ὁρμημένων δὲ πολλῶν ἐπὶ τὴν στρατείαν, καὶ τοῦτο διεκώλυσεν ἡ σύγκλητος, ὡς ἐρήμου τῆς Ἰταλίας ἐσομένης. Καὶ χρήματα λαβεῖν τῶν ἑτοίμων οὐκ εἴασαν, ἀλλὰ τὰς τελωνικὰς προσόδους ἀπέταξαν, οὔπω χρόνον ἐχούσας· B ὁ δὲ Σκιπίων χρημάτων μὲν οὐκ ἔφη δεῖσθαι, τὰ γὰρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν φίλων ἐξαρκέσειν· περὶ δὲ τῶν στρατιωτῶν ἐμέμψατο, Χαλεπὸν γὰρ εἶναι τὸν πόλεμον, εἰ μὲν δι' ἀνδρείαν τῶν πολεμίων ἥττηνται τοσαυτάκις, ὅτι πρὸς τοιούτους, εἰ δὲ δι' ἀνανδρίαν τῶν πολιτῶν, ὅτι μετὰ τοιούτων.

ιϛ'. Ἐπεὶ δὲ ἐλθὼν εἰς τὸ στρατόπεδον, πολλὴν ἀταξίαν καὶ ἀκολασίαν καὶ δεισιδαιμονίαν καὶ τρυφὴν κατέλαβε, μάντεις μὲν εὐθὺς ἐξήλασε καὶ θύτας καὶ πορνοβοσκούς, σκεύη δὲ προσέταξεν ἀποπέμπειν ἅπαντα πλὴν χύτρας, ὀβελίσκου, καὶ ποτηρίου κεραμεοῦ· τῶν δὲ C ἀργυρέων ἔκπωμα οὐ μεῖζον δύο λιτρῶν συνεχώρησε τοῖς

ſuperabiles putaret populus, qui multos jam Romanos duces viciſſent, Scipioni ſecundum conſulatum detulit, ejus belli gerendi gratia. Cum autem multi nomina ſua ei militiæ darent, inhibuit hoc ſenatus deſertam fore iſto pacto Italiam dicens: ſed et pecuniam quæ ad manum et parata erat ſumere eum non paſſi ſunt, et reditus vectigalium ei deſtinaverunt, quorum nondum appetierat tempus. Ad hoc reſpondit Scipio, *Pecuniæ ſibi de ſuo et amicorum facultatibus fore ſatis.* Id vero reprehendit quod de militibus erat decretum: quod diceret, *bellum grave eſſe, ſi quidem ob fortitudinem hoſtium toties victi eſſent Romani, contra tales: ſin ob ignaviam civium, militibus talibus gerendum.*

XVI. Ut venit ad exercitum, multum ibi confuſionis, intemperantiæ, ſuperſtitionis, luxuſque reperit. Itaque ariolos, ſacrificulos, lenoneſque ſtatim exturbavit, et omnia juſſit amovere vaſa, demptis olla, veru, et figlino poculo, argenteorum poculorum nullum duabus libris majus per-

βουλομένοις ἔχειν· λούεσθαι δὲ ἀπεῖπε, τῶν δὲ ἀλειφομένων τρίβειν ἕκαστον ἑαυτόν· τὰ γὰρ ὑποζύγια χεῖρας οὐκ ἔχοντα, ἑτέρου τρίβοντος δεῖσθαι· προσέταξε δὲ ἀριστᾶν μὲν ἑστῶτας ἄπυρον ὄψον, δειπνεῖν δὲ κατακειμένους ἄρτον ἢ πόλτον ἁπλῶς, καὶ κρέας ὀπτὸν ἢ ἑφθόν· αὐτὸς δὲ σάγον ἐμπεπορπημένος μέλανα περιῄει, πενθεῖν τὴν τοῦ στρατεύματος αἰσχύνην λέγων.

ιζʹ. Μεμμίου δέ τινος χιλιάρχου λαβὼν ὑποζύγια,
D ψυκτῆρας διαλίθους περικομίζοντα καὶ Θηρικλείους, Ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ἡμέρας τριάκοντα καὶ τῇ πατρίδι, σαυτῷ δὲ τὸν βίον ἅπαντα, τοιοῦτος ὢν, ἄχρηστον πεποίηκας σεαυτόν.

ιηʹ. Ἑτέρου δὲ θυρεὸν ἐπιδείξαντος εὖ κεκοσμημένον, Ὁ μὲν θυρεὸς, εἶπεν, ὦ νεανία, καλός· πρέπει δὲ Ῥωμαῖον ἄνδρα μᾶλλον ἐν τῇ δεξιᾷ τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ἢ τῇ ἀριστερᾷ.

ιθʹ. Τοῦ δὲ τὸν χάρακα αἴροντος, σφόδρα πιέζεσθαι

miſit habere volentibus: lavacro interdixit: qui inungerentur, quemque a ſeipſo fricari juſſit, quod diceret jumentis fricante opus eſſe quia manibus ipſa carerent. Prandere juſſit obſonium nullo igni coctum, in cœna accumbentes edere panem aut pultem ſimplicem, et carnem elixam ſive aſſam: ipſe ſago amictus nigro obambulavit, lugere ſe inquiens turpitudinem exercitus.

XVII. Cum incidiſſet in Memmii cujuſdam tribuni militum jumenta, quæ gemmis ornata ac Thericlea geſtabant pocula, *Talis*, inquit, *cum ſis, mihi patriæque te ad triginta dies, tibi ipſi per omnem vitam reddidiſti inutilem.*

XVIII. Alii clypeum oſtentanti præclare ornatum, *Clypeus quidem*, inquit, *O adoleſcens pulcher eſt: cæterum Romanum virum magis decet in dextra ſua fiduciam habere, quam in ſiniſtra collocatam.*

XIX. Vallum tollenti, et

φάσκοντος, Εἰκότως, ἔφη· τῷ γὰρ ξύλῳ τούτῳ μᾶλλον ἢ τῇ μαχαίρᾳ πιστεύεις.

κ'. Ὁρῶν δὲ τὴν ἀπόνοιαν τῶν πολεμίων, ἔλεγεν, Ὠνεῖσθαι τοῦ χρόνου τὴν ἀσφάλειαν· τὸν γὰρ ἀγαθὸν στρατηγὸν, ὥσπερ ἰατρὸν, ἐσχάτης δεῖσθαι τῆς διὰ τοῦ σιδήρου θεραπείας. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιθέμενος ἐν καιρῷ E
τοὺς Νομαντίνους ἐτρέψατο.

κα'. Τῶν δὲ πρεσβυτέρων τοὺς ἡττημένους κακιζόντων, τί πεφεύγασιν οὓς τοσαυτάκις ἐδίωξαν, εἰπεῖν τινα λέγεται τῶν Νομαντίνων, Ὡς τὰ πρόβατα ταὐτὰ καὶ νῦν ἐστιν, ὁ δὲ ποιμὴν ἄλλος.

κβ'. Ἐπεὶ δὲ τὴν Νομαντίαν ἑλὼν, καὶ θριαμβεύσας τὸ δεύτερον, πρὸς Γάϊον Γράκχον ὑπέρ τε τῆς βουλῆς καὶ τῶν συμμάχων κατέστη διαφορὰς, καὶ λυπούμενος ὁ δῆμος ἐθορύβησεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ βήματος, Ἐμὲ, εἶπεν, οὐδέποτε στρατοπέδων ἀλαλαγμὸς ἐθορύβησεν, οὔπω γε F

admodum ſe premi dicenti, *Non injuria*, inquit; *ligno enim huic magis fidis quam gladio.*

XX. Videns conjunctam cum inſania hoſtium temeritatem, dicebat ſe tempore ſecuritatem redimere: bonum enim imperatorem, itidem ut medicum, ad malum curandum ultimo demum loco ferrum adhibere: nihilominus tamen ſuo tempore adortus Numantinos fudit.

XXI. Quo tempore ſenioribus pulſos culpantibus quod eos fugiſſent quos toties in fugam conjeciſſent, ferunt quendam Numantinorum dixiſſe, *Oves quidem eaſdem eſſe atque antea, ſed alium habere paſtorem.*

XXII. Capta Numantia, acto ſecundo triumpho, de ſenatu et ſociis in contentionem venit cum Caio Graccho, ibi cum indignabundus populus pro roſtris dicenti tumultu facto obſtreperet: *Nunquam*, inquit, *me exercituum conclamantium perterruit vociferatio, nedum convenarum fremi-*

συγκλύδων ἀνθρώπων, ὧν οὐ μητέρα τὴν Ἰταλίαν, ἀλλὰ μητρυιὰν οὖσαν ἐπίσταμαι.

κγ΄. Τῶν δὲ περὶ τὸν Γάϊον βοώντων κτεῖναι τὸν τύραννον, Εἰκότως, εἶπεν, οἱ τῇ πατρίδι πολεμοῦντες, ἐμὲ βούλονται προανελεῖν, οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν Ῥώμην πεσεῖν Σκιπίωνος ἑστῶτος, οὐδὲ ζῆν Σκιπίωνα τῆς Ῥώμης πεσούσης.

ΚΑΙΚΙΛΙΟΥ ΜΕΤΕΛΛΟΥ.

α΄. Καικίλιος Μέτελλος ὀχυρῷ χωρίῳ βουλευόμενος προσαγαγεῖν, εἰπόντος ἑκατοντάρχου πρὸς ἑαυτὸν, ὡς
202 ἐὰν δέκα μόνους ἀποβάλῃ, λήψεται τὸ χωρίον, ἠρώτησεν αὐτὸν, Εἰ βούλοιτο εἷς τῶν δέκα γενέσθαι.

β΄. Τῶν δὲ νεωτέρων τινὸς χιλιάρχου πυνθανομένου τί μέλλει ποιεῖν, Εἰ τοῦτον, ἔφη, συνειδέναι μοι τὸν χιτωνίσκον ἐνόμιζον, ἀποδυσάμενος ἂν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πῦρ ἐπέθηκα.

γ΄. Σκιπίωνι δὲ ζῶντι πολεμῶν, ἀποθανόντος ἠχ-

A. 4. Εἰ τοῦτον] Ita libri. Rectius legatur Εἰ τοῦτο.

tus me percellat, quorum non matrem eſſe, ſed novercam Italiam novi.

XXIII. Gracchoque cum ſuæ factionis hominibus clamante, Interficiendum eſſe tyrannum, *Merito*, inquit, *patriæ bellum facientes me prius ſublatum volunt; Roma enim Scipione incolumi cadere non poteſt, neque vivere Scipio Roma everſa.*

CÆCILII METELLI.

I. Cæcilius Metellus cum de caſtello munito oppugnando deliberaret, centurioni dicenti decem duntaxat amiſſis viris eo potiturum, *Viſne*, inquit, *unus ex illis decem tu eſſe?*

II. Interrogatus a quodam juvene centurione quid eſſet facturus, reſpondit, *Se tunicam ſuam, ſi ſui eam ſibi conſciam conſilii putaret, exuturum et crematurum.*

III. Scipionis, cum quo vivus inimicitias exercuerat, mortem graviter moleſteque

θεάθη, καὶ τοὺς μὲν υἱοὺς ἐκέλευσεν ὑποδύντας ἆραι τὸ λέχος, Τοῖς δὲ θεοῖς, ἔφη, χάριν ἔχειν ὑπὲρ τῆς Ῥώμης ὅτι παρ' ἄλλοις οὐκ ἐγένετο Σκιπίων.

ΓΑΙΟΥ ΜΑΡΙΟΥ.

α'. Γάϊος Μάριος ἐκ γένους ἀδόξου προϊὼν εἰς πολιτείαν διὰ τῶν στρατιῶν, ἀγορανομίαν τὴν μείζονα B παρήγγειλεν· αἰσθόμενος δὲ ὅτι λείπεται, τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τὴν ἐλάττονα μετῆλθε· κἀκείνης ἀποτυχὼν, ὅμως οὐκ ἀπέγνω τοῦ πρωτεύσειν Ῥωμαίων.

β'. Ἰξίας δὲ ἔχων ἐν ἀμφοτέροις τοῖς σκέλεσι, παρέσχεν ἄδετος ἐκτέμνειν τῷ ἰατρῷ, καὶ μὴ στενάξας, μηδὲ τὰς ὀφρῦς συναγαγὼν, διεκαρτέρησε τῇ χειρουργίᾳ· τοῦ δὲ ἰατροῦ μεταβαίνοντος ἐπὶ θάτερον, οὐκ ἠθέλησεν, εἰπὼν, Οὐκ ἔστι τὸ θεράπευμα τῆς ἀλγηδόνος ἄξιον.

γ'. Ἐπεὶ δὲ Λούσιος ὁ ἀδελφιδοῦς, αὐτοῦ τὸ δεύτερον ὑπατεύοντος, ἐβιάζετο τῶν ἐν ὥρᾳ στρατευομένων τινὰ ὀνό-

B. 1. στρατιῶν] Rectius στρατιωτῶν Venet. Bodl. T. P.

tulit, filioſque ſuos ſubire feretro ejus portando juſſit, diiſque dixit gratias ſe agere Romæ cauſa, quod alibi non exſtiterit Scipio.

CAII MARII.

I. Caius Marius obſcuro natus loco, geſtis militiæ rebus cum ſe ad honores in republica capeſſendos contuliſſet, ædilitatem majorem ambivit: videnſque ſe eam non impetraturum, eadem die minorem petiit, paſſuſque repulſam, tamen de prima inter Romanos dignitate non deſperavit.

II. Varices in utroque crure cum haberet, ſecandas eas medico præbuit: alteriuſque ſectionem ſolutus, abſque ullo gemitu, et ne contractis quidem ſuperciliis ſuſtinuit: ad alterum tranſeuntem inhibuit, *non eſſe* inquiens *remedium iſto dignum dolore.*

III. Alterum ipſo gerente conſulatum, Luſius ſorore natus ipſius, vim adoleſcentis cujuſdam Trebonii militantis

ματι Τρεβώνιον· ὁ δὲ ἀπέκτεινεν αὐτόν, καὶ πολλῶν κατη-
C γορούντων οὐκ ἠρνήσατο κτεῖναι τὸν ἄρχοντα, τὴν δὲ αἰτίαν εἶπε καὶ ἀπέδειξε· κελεύσας οὖν ὁ Μάριος τὸν ἐπὶ ταῖς ἀριστείαις διδόμενον στέφανον κομισθῆναι, τῷ Τρεβωνίῳ περιέθηκε.

δ'. Τοῖς δὲ Τεύτοσι παραστρατοπεδεύσας ἐν χωρίῳ ὀλίγον ὕδωρ ἔχοντι, τῶν στρατιωτῶν διψῆν λεγόντων, δείξας αὐτοῖς ποταμὸν ἐγγὺς παραρρέοντα τῷ χάρακι τῶν πολεμίων, Ἐκεῖθεν ὑμῖν ἐστίν, εἶπε, ποτὸν ὤνιον αἵματος. Οἱ δὲ ἄγειν παρεκάλουν ἕως ὑγρὸν ἔχουσι τὸ αἷμα, καὶ μήπω πᾶν ὑπὸ τοῦ διψῆν ἐκπέπηγος.

ε'. Ἐν δὲ τοῖς Κιμβρικοῖς πολέμοις Καμαρίνων
D χιλίους ἄνδρας ἀγαθοὺς γενομένους, ὁμοῦ Ῥωμαίους ἐποίησε, κατ' οὐδένα νόμον· πρὸς δὲ τοὺς ἐγκαλοῦντας ἔλεγε, Τῶν νόμων οὐκ ἐξακοῦσαι διὰ τὸν τῶν ὅπλων ψόφον.

ς'. Ἐν δὲ τῷ ἐμφυλίῳ πολέμῳ περιταφρευόμενος καὶ πολιορκούμενος ἐκαρτέρει, τὸν οἰκεῖον ἀναμένων καιρόν.

pudicitiæ intentarat, eratque ab eo interfectus. Accuſatus a multis Trebonius, nihil inficiatus cædem tribuni, cauſam protulit atque demonſtravit. Juſſit Marius coronam, quæ ob res præclare geſtas donari ſolet, afferri, eaque Trebonium ornavit.

IV. Oppoſuerat Teutonibus caſtra loco aquæ inopi: et dicentibus ſe ſitire militibus, demonſtrans amnem prope vallum hoſtium decurrentem, *Iſthinc*, ait, *peti a vobis poteſt potus ſanguine venalis*. Oraverunt itaque milites ut eo duceret, ſanguine ipſorum adhuc humido, necdum ob ſitim concreto.

V. Bello Cimbrico Camertes viros mille ob rem bene geſtam univerſos civitate Romana donavit, nullius legis beneficio: reprehendentibuſque factum reſpondit, *Se præ armorum ſtrepitu leges non potuiſſe exaudire.*

VI. Bello civili foſſa cinctus et oppugnatus, toleravit omnia, idoneam operiens occaſionem rei gerendæ. Ubi

Εἰπόντος δὲ τοῦ Πομπίου Σίλωνος πρὸς αὐτόν, Εἰ μέγας εἶ στρατηγός, ὦ Μάριε, καταβὰς διαγώνισαι, Σὺ μὲν οὖν, εἶπεν, εἰ μέγας εἶ στρατηγός, ἀνάγκασόν με διαγωνίσασθαι καὶ μὴ βουλόμενον.

ΚΑΤΛΟΥ ΛΟΥΤΑΤΙΟΥ.

Κάτλος Λουτάτιος ἐν τῷ Κιμβρικῷ πολέμῳ παρὰ τὸν Ἀτίσωνα ποταμὸν στρατοπεδεύων, ἐπεὶ τοὺς βαρβάρους E
ὁρῶντες οἱ Ῥωμαῖοι διαβαίνειν ἐπιχειροῦντας, ἀνεχώρουν, μὴ δυνάμενος αὐτοὺς κατασχεῖν, ὥρμησεν εἰς τοὺς πρώτους τῶν ἀποτρεχόντων, ὅπως δοκῶσι μὴ φεύγειν τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ τῷ στρατηγῷ κατακολουθεῖν.

ΣΥΛΛΟΥ.

Σύλλας ὁ εὐτυχὴς ἀναγορευθεὶς, τῶν μεγίστων εὐτυχιῶν ἐποιεῖτο δύο, τὴν Πίου Μετέλλου φιλίαν, καὶ τὸ μὴ κατασκάψαι τὰς Ἀθήνας, ἀλλὰ φείσασθαι τῆς πόλεως.

ΓΑΙΟΥ ΠΟΠΙΛΛΙΟΥ. F

Γάϊος Ποπίλλιος ἐπέμφθη πρὸς Ἀντίοχον ἐπιστολὴν

E. 1. Ἀτίσωνα] Ita Venet. Voſſ. T. Vulgo Ἀτίςωνα. P. Ἀτίσωνα. Philelph. *Aſlyonem.*

quidem Popedio Siloni (erat is hoſtium dux) dicenti, *Si es, Mari, magnus imperator, deſcende et prœlio decerne:* reſpondit: *Immo tu ſi magnus es imperator, coge me invitum decertare.*

LUTATII CATULI.

Lutatius Catulus bello Cimbrico cum haberet caſtra ad flumen Atheſin, ſuique barbaros tranſitum moliri cernentes retro cederent: videns fugam ſe inhibere non poſſe, ad primos aufugientium ordines celeriter ſe contulit: ne fugere hoſtem ſui, ſed ducem ſequi viderentur.

SYLLÆ.

Sylla cognomento Felix, hæc duo maxima fortunæ munera putavit, Amicitiam Metelli Pii, et Quod non deleviſſet Athenas, ſed urbi peperciſſet.

CAII POPILLII.

Caius Popillius a ſenatu literas Antiocho attulit, quæ

παρὰ τῆς συγκλήτου κομίζων κελεύουσαν ἀπάγειν ἐξ
Αἰγύπτου τὸ στράτευμα, καὶ μὴ σφετερίζεσθαι τὴν Πτολε-
μαίου τέκνων ὀρφανῶν ὄντων τὴν βασιλείαν· προσιόντα
δ' αὐτὸν διὰ τοῦ στρατοπέδου πόρρωθεν ἀσπασαμένου τοῦ
Ἀντιόχου φιλοφρόνως, οὐκ ἀντασπασάμενος τὸ γραμ-
ματεῖον ἐπέδωκεν· ἐπεὶ δὲ ἀναγνοὺς, ἔφη βουλεύσεσθαι
καὶ δώσειν τὴν ἀπόκρισιν, τῷ κλήματι γῦρον περὶ αὐτὸν
ὁ Ποπίλλιος περιέγραψεν, εἰπὼν, Ἐνταῦθα τοίνυν ἑστὼς
βούλευσαι καὶ ἀπόκριναι. Πάντων δὲ τὸ φρόνημα τοῦ
ἀνδρὸς καταπλαγέντων, τοῦ τε Ἀντιόχου ποιήσειν ὁμο-
203 λογοῦντος τὰ δοκοῦντα Ῥωμαίοις, οὕτως ἠσπάσατο καὶ
περιέπτυξεν αὐτὸν ὁ Ποπίλλιος.

ΛΕΥΚΟΥΛΛΟΥ

α'. Λεύκουλλος ἐν Ἀρμενίᾳ μετὰ μυρίων ὁπλιτῶν καὶ χιλίων ἱππέων ἐπὶ Τιγράνην ἐχώρει πεντεκαίδεκα μυριάδας στρατιᾶς ἔχοντα, τῇ πρὸ μιᾶς νωνῶν ὀκτωβρίων· ἐν ᾗ πρότερον ὑπὸ Κίμβρων ἡ μετὰ Σκιπίωνος διεφθάρη

A. 7. Σκιπίωνος] In hoc nomine libri conſentiunt. Attamen hiſtoriæ auctoritate corrigendum Καιπίωνος, ut dedit Xyl.

eum ex Ægypto jubebant exercitum abducere, neque regnum pupillorum Ptolemæi vita defuncti ſibi vindicare. Accedens per caſtra, eminus ab Antiocho comiter ſalutatus, non reddita ſalute epiſtolam tradidit. Qua lecta cum deliberatione habita reſponſurum ſe rex diceret, palmite Popillius orbem circa eum deſcripſit, inquiens: *Hic ergo ſtans delibera et reſponde.* Omnibus magnanimitate hominis perculſis, cum Antiochus profiteretur ſe ex ſententia Romanorum acturum, ita demum regem ſalutavit amplexuſque eſt Popillius.

LUCULLI.

I. Lucullus in Armenia cum decem gravis armaturæ militum millibus et mille equitibus contra Tigranem contendebat, inſtructum centum et quinquaginta millium exercitu: idque pridie Nonas Octobris qua die Cimbri ante

δύναμις. Εἰπόντος δέ τινος, ὅτι Ῥωμαῖοι τὴν ἡμέραν ἀφοσιοῦνται καὶ δεδοίκασιν, Οὐκοῦν, ἔφη, σήμερον ἀγωνισώμεθα προθύμως, ἵνα καὶ ταύτην ἐξ ἀποφράδος καὶ σκυθρωπῆς ποιήσωμεν ἱλαρὰν καὶ προσφιλῆ Ῥωμαίοις.

β΄. Τοὺς δὲ καταφράκτους μάλιστα φοβουμένων τῶν στρατιωτῶν, ἐκέλευσε θαῤῥεῖν, Πλεῖον γὰρ ἔργον εἶναι τοῦ B
νικῆσαι, τὸ τούτους σκυλεῦσαι. Προσβὰς δὲ τῷ λόφῳ πρῶτος, καὶ τὸ κίνημα τῶν βαρβάρων θεασάμενος, ἀνεβόησε, Νενικήκαμεν, ὦ συστρατιῶται· καὶ μηδενὸς ὑποστάντος, διώκων, πέντε Ῥωμαίων ἀπέβαλε πεσόντας, τῶν δὲ πολεμίων ὑπὲρ δέκα μυριάδας ἀπέκτεινε.

ΓΝΑΙΟΥ ΠΟΜΠΗΙΟΥ.

α΄. Γναῖος Πομπήϊος ὑπὸ Ῥωμαίων ἠγαπήθη τοσοῦτον ὅσον ὁ πατὴρ ἐμισήθη. Νέος δὲ ὢν, παντάπασι τῇ Σύλλα μερίδι προσέθηκεν αὑτὸν· καὶ μήτε ἄρχων μήτε βουλεύων πολλοὺς ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐστρατολόγησε· C
καὶ Σύλλα καλοῦντος, Οὐκ, ἔφη, δίχα λαφύρων οὐδὲ

copias Cæpionis deleverant: dicente tum quodam, iſtam diem abominari Romanos et formidare; *pugnemus ergo*, inquit, *hodie ſtrenue, ut hanc diem quoque ex nefaſta et triſti feſtam lætamque Romanis redigamus.*

II. Cumque a cataphractis maxime ſibi metuerent milites, bono eos eſſe juſſit animo; *plus enim in ſpoliandis iis fore laboris, quam in vincendo.* Primus ad tumulum aggreſſus, cum motum videret barbarorum, exclamavit: *Vicimus, O commilitones:* nulloque ſubſiſtente perſequens hoſtem, quinque duntaxat Romanorum amiſſis, ultra centum millia hoſtium interemit.

CNEI POMPEII.

I. Cneum Pompeium Romani tanto proſecuti ſunt amore, quanto patrem odio. Adoleſcens totum ſe Syllæ partibus addixit, nulloque etiamnum geſto magiſtratu, neque in ſenatum allectus, multos per Italiam conſcripſit milites; et vocanti ad ſe Syllæ, reſpondit, *Non ſe ſine ſpoliis et*

ἀναίμακτον ἐπιδεῖξειν τῷ αὐτοκράτορι τὴν δύναμιν. Οὐδ' ἦλθε πρότερον πρὶν ἢ πολλαῖς μάχαις νικῆσαι τοὺς στρατηγοὺς τῶν πολεμίων.

β'. Ἐπεὶ δὲ πεμφθεὶς εἰς Σικελίαν ὑπὸ Σύλλα στρατηγὸς, ἐπυνθάνετο τοὺς στρατιώτας ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις ἐκτρεπομένους βιάζεσθαι καὶ ἁρπάζειν, τοὺς μὲν ἄλλως πλανωμένους καὶ περιθέοντας ἐκόλασε, τῶν δὲ πεμπομένων ὑπ' αὐτοῦ σφραγῖδας ἐπέβαλε ταῖς μαχαίραις.

D γ'. Μαμερτίνους δὲ τῆς ἐναντίας γενομένους μερίδος οἷός τε ἦν ἀποσφάττειν ἅπαντας· Σθεννίου δὲ τοῦ δημαγωγοῦ φήσαντος οὐ δίκαια ποιεῖν αὐτὸν, ἀνθ' ἑνὸς αἰτίου πολλοὺς ἀναιτίους κολάζοντα· τοῦτον δὲ αὐτὸν εἶναι τοὺς μὲν φίλους πείσαντα, τοὺς δὲ ἐχθροὺς βιασάμενον ἑλέσθαι τὰ Μαρίου· θαυμάσας ὁ Πομπήιος, ἔφη, Συγγνώμην ἔχειν Μαμερτίνοις, ὑπὸ τοιούτου πεισθεῖσιν ἀνδρὸς ὃς τὴν πατρίδα τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς προτιμᾷ. Καὶ τήν τε πόλιν καὶ τὸν Σθέννιον ἀπέλυσεν.

nullo facto ſanguine imperatori ſuum commonſtraturum exercitum: neque ad eum ante acceſſit, quam hoſtium ductores multis viciſſet pugnis.

II. Miſſus deinde in Siciliam legatus, inaudivit milites in itinere faciundo ſæpe evagari, vimque hominibus facere, et prædas avertere. Igitur eos qui temere oberrabant et circumcurſitabant, pœnis compeſcuit. A ſe autem miſſorum gladiis ſigilla impoſuit.

III. Mamertinos, quod ab adverſariis ſtetiſſent, univerſos neci dedere conſtituerat. Tum Sthenis, qui orator ea in civitate principatum tenuerat, injuſte agere Pompeium dixit, qui ob unum ſontem multos innocentes vellet occidere: ſe ſolum in culpa eſſe qui amicis perſuaſiſſet, inimicoſque vi adegiſſet ad Marianam factionem defendendam. Miratus Pompeius hominem, *Gratiam ſe delicti facere Mamertinis,* pronuntiavit, *talem ſecutis virum, qui patriam ſua vita haberet priorem:* ignovitque et civitati et Stheni.

δʹ. Εἰς δὲ Λιβύην διαβὰς ἐπὶ Δομίτιον, καὶ μάχῃ μεγάλῃ κρατήσας, ἀσπασαμένων αὐτὸν αὐτοκράτορα τῶν στρατιωτῶν, ἔφη, μὴ δέχεσθαι τὴν τιμὴν, ἕως ὀρθὸς ἕστηκεν ὁ χάραξ τῶν πολεμίων. Οἱ δὲ, καίπερ E ὄμβρου πολλοῦ κατέχοντος, ὁρμήσαντες διεπόρθησαν τὸ στρατόπεδον.

εʹ. Ἐπανελθόντα δὲ αὐτὸν ὁ Σύλλας ταῖς μὲν ἄλλαις τιμαῖς ἐδέξατο φιλοφρόνως, καὶ Μάγνον προσηγόρευσε πρῶτος αὐτόν· θριαμβεῦσαι δὲ βουλόμενον οὐκ εἴα, μηδέπω μετέχοντα βουλῆς. Εἰπόντος δὲ τοῦ Πομπηίου πρὸς τοὺς παρόντας, Ἀγνοεῖν τὸν Σύλλαν ὅτι καὶ τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα πλείονες ἢ δύοντα προσκυνοῦσιν· ὁ μὲν Σύλλας ἀνεβόησε, Θριαμβευέτω.

ϛʹ. Σερουίλιος δὲ ἀνὴρ ἀριστοκρατικὸς ἠγανάκτει, καὶ F τῶν στρατιωτῶν ἐνίσταντο πολλοὶ τῷ θριάμβῳ, δωρεάς τινας ἀπαιτοῦντες. Ἐπεὶ δὲ ὁ Πομπήιος ἔφη, Μᾶλλον ἀφήσειν τὸν θρίαμβον ἢ κολακεύσειν ἐκείνους, Νῦν, ἔφη, καὶ μέγαν ἀληθῶς ὁρᾶν καὶ ἄξιον τοῦ θριάμβου τὸν Πομπήιον.

IV. Cum trajeciſſet in Africam adverſus Domitium, eumque magno ſuperaſſet prœlio, ſalutatus ab exercitu imperator, negavit ſe hoc ornamentum accepturum, recto adhuc ſtante hoſtium vallo. Itaque milites, quanquam imbre largo incumbente, caſtra hoſtium diripuerunt.

V. Reverſum Sylla cum aliis honoribus benigne affecit, tum primus *Magnum* cognominavit: triumphum autem petenti negavit, quod nondum eſſet in ſenatum receptus. Ad hæc Pompeius iis qui aderant dixit, *Ignorare Syllam, quod plures orientem Solem adorent, quam occidentem.* Quo audito Sylla exclamavit, *Triumphet.*

VI. Servilius tamen unus ex optimatibus indigne id ferebat, multique militum triumpho reclamabant, dona quædam expoſcentes. Ubi quidem Pompeio dicente, *Omiſſum potius a ſe iri triumphum, quam ut militibus adularetur,* dixit Servilius; *Nunc demum ſe intelligere, eſſe Pompeium re vera magnum, triumphoque dignum.*

ζ'. Ἔθους δὲ ὄντος ἐν Ῥώμῃ τοῖς ἱππεῦσιν ὅταν στρατεύσωνται τὸν νόμιμον χρόνον, ἄγειν τὸν ἵππον εἰς ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς δύο ἄνδρας οὓς τιμητὰς καλοῦσι, καὶ καταριθμησαμένους τὰς στρατείας καὶ τοὺς στρατηγοὺς ὑφ' οὓς ἐστρατεύσαντο, τυγχάνειν ἐπαίνων ἢ ψόγων τῶν
204 προσηκόντων· ὑπατεύων ὁ Πομπήιος κατήγαγεν αὐτὸς τὸν ἵππον ἐπὶ τοὺς τιμητὰς Γέλλιον καὶ Λέντλον· ἐκείνων δὲ, ὥσπερ ἔθος ἐστὶ, πυθομένων εἰ πάσας ἐστράτευται τὰς στρατείας, Πάσας, εἶπεν, ὑπ' ἐμαυτῷ αὐτοκράτορι.

η'. Τῶν δὲ Σερτωρίου γραμμάτων κρατήσας ἐν Ἰβηρίᾳ, ἐν οἷς ἦσαν ἐπιστολαὶ πολλῶν ἡγεμόνων ἐπὶ νεωτερισμῷ καὶ μεταβολῇ τῆς πολιτείας τὸν Σερτώριον εἰς Ῥώμην καλούντων, κατέκαυσε πάσας, διδοὺς μετανοῆσαι καὶ βελτίονας γενέσθαι τοὺς πονηρούς.

θ'. Ἐπεὶ δὲ Φραάτης ὁ Πάρθων βασιλεὺς ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν, ἀξιῶν ὅρῳ χρῆσθαι τῷ Εὐφράτῃ, Μαλ-

A. 2. Γέλλιον] Dedi ex Philelph. Mez. Xyl. et ſede dicti in Vita Pompeii, p. 630. D. Vulgo Στέλλιον vitioſe: in quo ne ſcripti quidem libri conſentiunt: e quibus Venet. Voſſ. Pet. Τέλλιον.

VII. Moris Romani erat, ut equites qui conſtitutum legibus tempus militaſſent, equos in forum ad cenſores adducerent, ibique quoties et ſub quibus meruiſſent ducibus, enarrarent. Proinde conſulatum gerens Pompeius, equum ipſe ad cenſores Gellium atque Lentulum deduxit: interrogatuſque pro more, Omneſne obiviſſet militias, reſpondit: *Omnes, et quidem ſub me ipſo imperatore.*

VIII. In Hiſpania nactus ſcrinia epiſtolarum Sertorii, in quibus multæ erant principum virorum litteræ, novandarum rerum et convellendi præſentis reipublicæ ſtatus cauſa Sertorium Romam evocantium, omnes eas combuſſit, reſipiſcendi largiens corrigendique occaſionem malis.

IX. Phraati Parthorum regi miſſis ad ipſum internunciis petenti ut *Euphrate limite* uteretur, reſpondit, *Ro-*

λον, ἔφη, χρήσεσθαι Ῥωμαίους ὅρῳ πρὸς Πάρθους τῷ δικαίῳ.

ι'. Λευκίου δὲ Λευκούλλου μετὰ τὰς στρατείας ἀφεικότος αὑτὸν εἰς ἡδονὰς καὶ πολυτελῶς ζῶντος, τὸν δὲ Πομπήιον, ὡς παρ' ἡλικίαν τοῦ πολλὰ πράσσειν ὀρεγόμενον, ψέγοντος, Μᾶλλον, ἔφη, γέροντι τὸ τρυφᾷν, ἢ τὸ ἄρχειν, ἐστὶ παρ' ἡλικίαν. B

ια'. Νοσοῦντι δὲ αὐτῷ κίχλην ὁ ἰατρὸς λαβεῖν προσέταξεν· οἱ δὲ ζητοῦντες οὐχ εὗρον, (ἦν γὰρ παρ' ὥραν) ἔφη δέ τις εὑρεθήσεσθαι παρὰ Λευκούλλῳ δι' ἔτους τρεφομένας. Εἶτα, ἔφη, εἰ μὴ Λεύκουλλος ἐτρύφα, Πομπήιος οὐκ ἂν ἔζησε; Καὶ χαίρειν ἐάσας τὸν ἰατρὸν, ἔλαβε τῶν εὐποριστῶν.

ιβ'. Ἰσχυρᾶς δὲ σιτοδείας ἐν Ῥώμῃ γενομένης, ἀπο- C
δειχθεὶς λόγῳ μὲν ἀγορᾶς ἐπιμελητὴς, ἔργῳ δὲ γῆς καὶ θαλάσσης κύριος, ἔπλευσεν εἰς Λιβύην καὶ Σαρδόνα καὶ Σικελίαν· καὶ πολὺν ἀθροίσας σῖτον, ἔσπευδεν εἰς τὴν Ῥώμην. Μεγάλου δὲ τοῦ χειμῶνος γενομένου, καὶ τῶν

manos jus potius pro limite habituros.

X. Lucius Lucullus poſt obita imperia voluptatibus ſeſe luxuique tradiderat, Pompeiumque vituperabat qui aliena ætate negotiis ſeſe implicaret. Ad hæc Pompeius, *Magis* aiebat *alienum eſſe a ſenio luxuriare, quam gerere rempublicam.*

XI. Ægrotanti medicus conſuluerat ut turdo veſceretur: nullus autem poterat inveniri, quod anni tempus erat ab eorum captura alienum. Quidam inventum iri aiebat apud Lucullum, qui per annum eos aleret. *Ergo,* dicebat, *niſi luxuriaret Lucullus, vivere Pompeius nequiret?* juſſoque valere medico, uſus eſt re facile parabili.

XII. Cum Romæ ingens frumenti oborta eſſet caritas, creatus verbo quidem annonæ procurator, reipſa dominus terræ mariſque, in Africam, Sardiniam, Siciliamque navigavit, magnaque vi frumenti congeſta, Romam properavit. Exiſtente autem gravi tempeſta-

κυβερνητῶν ὀκνούντων, πρῶτος ἐμβὰς, καὶ τὴν ἄγκυραν ἄραι κελεύσας, ἀνεβόησε, Πλεῖν ἀναγκάζῃ, ζῆν οὐκ ἀναγκάζῃ.

ιγʹ. Τῆς δὲ πρὸς τὸν Καίσαρα διαφορᾶς ἀποκαλυπτομένης, καὶ Μαρκελλίνου τινὸς τῶν ὑπὸ Πομπηΐου προῆχθαι δοκούντων, μεταβεβλημένου δὲ πρὸς Καίσαρα, πολλὰ πρὸς αὐτὸν ἐν συγκλήτῳ λέγοντος,
D Οὐκ αἰσχύνῃ, Μαρκελλῖνε, εἶπεν, ἐμοὶ λοιδορούμενος, δι' ὃν ἐξ ἀφώνου λόγιος, ἐκ δὲ πεινατικοῦ ἐμετικὸς, γέγονας.

ιδʹ. Πρὸς δὲ Κάτωνα, πικρῶς καθαψάμενον ὅτι πολλάκις αὐτοῦ προαγορεύοντος τὴν Καίσαρος δύναμιν καὶ αὔξησιν οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῆς δημοκρατίας γινομένην, ἀπεκρίνατο, Τὰ μὲν σὰ, μαντικώτερα, τὰ δ' ἐμὰ φιλικώτερα.

ιεʹ. Περὶ δὲ αὐτοῦ παῤῥησιαζόμενος εἶπεν, ὡς, Πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἔλαβε θᾶσσον ἢ προσεδόκησε, καὶ καταθοῖτο θᾶσσον ἢ προσεδοκήθη.

C, 7. ἀναγκάζῃ—ἀναγκάζῃ] Melius erat ſcribere ἀνάγκη—ἀνάγκη: ut in ſede dicti Vita Pomp. p. 646. A. Ita et Jun. Mez. et Xylandri verſio.

te, et gubernatoribus trepidantibus, primus navim conſcendit, evellique mandato anchoram exclamavit, *Navigare neceſſe eſt, vivere non eſt neceſſe.*

XIII. Detecto ejus cum Cæſare diſſidio, Marcellino cuidam, qui evectus a Pompeio, ſtudiis mutatis ad Cæſarem tranſiverat, multa in ſenatu contra ipſum dicenti: *Non te*, inquit, *pudet*, *Marcelline*, *mihi convicium facere*, *qui te e muto loquentem*, *e famelico vomentem fecerim?*

XIV. Catoni acerbe ipſum reprehendenti, quod ſibi ſæpenumero prædicenti Cæſarem augeri potentia ad detrimentum popularis ſtatus reipublicæ, non advertiſſet animum, reſpondit: *Tua conſilia magis a divinatione: mea ab amicitia proficiſcebantur potius.*

XV. De ſeipſo autem libere hoc prædicabat, omnem magiſtratum ſe et accepiſſe ſua, et depoſuiſſe aliorum opinione citius.

ιϛʹ. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Φαρσάλῳ μάχην φεύγων εἰς Αἴγυπτον, ὡς ἔμελλε διαβαίνειν ἐκ τῆς τριήρους εἰς ἁλιευτικὸν πλοῖον, ἀποστείλαντος τοῦ βασιλέως, ἐπιστραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱόν, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ τοῦ Σοφοκλέους εἶπεν, E

> Ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
> Κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

μεταβὰς δέ, καὶ πληγεὶς ξίφει, καὶ στενάξας ἅπαξ, εἰπὼν δὲ μηδέν, ἀλλ' ἐγκαλυψάμενος, παρέδωκεν ἑαυτόν.

ΚΙΚΕΡΩΝΟΣ.

αʹ. Κικέρων ὁ ῥήτωρ εἰς τοὔνομα σκωπτόμενος, καὶ τῶν φίλων μεταθέσθαι κελευόντων, ἔφη, Τὸν Κικέρωνα ποιήσειν τῶν Κατώνων καὶ τῶν Κάτλων καὶ τῶν Σκαύρων ἐνδοξότερον.

βʹ. Ἔκπωμα δὲ ἀργυροῦν τοῖς θεοῖς ἀνατιθείς, τὰ μὲν πρῶτα τῶν ὀνομάτων γράμμασιν ἐσήμανεν, ἀντὶ δὲ F τοῦ Κικέρωνος ἐρέβινθον ἐτόρευσε.

γʹ. Τῶν δὲ ῥητόρων τοὺς μέγα βοῶντας, ἔλεγε δι'

XVI. A Pharſalica pugna in Ægyptum fugiens, e triremi ſua tranſiturus in piſcatoriam cymbam a rege miſſam, converſus ad uxorem et filium aliud nihil dixit, quam Sophoclea iſta:

> *Etenim tyranni quiſquis intrat in domum,*
> *Fit ſervus ejus, liber etſi venerit.*

Tranſgreſſus, cum gladio feriretur ſemel tantum ingemuit, nullaque emiſſa voce caput obvolvit veſte ac procubuit.

CICERONIS.

I. Cicero orator, cum cognomen ejus exagitaretur dicteriis, amicique hortarentur ut id mutaret, dixit ſe Ciceronis nomen effecturum, Catonum, Catulorum, Scaurorumque nomine illuſtrius.

II. Poculum porro aureum diis dedicans, prænomen ſuum nomenque litteris inſculptis, cognomentum Ciceronis cicere cælato indicavit.

III. Oratores qui altum clamarent, dicebat ob imperi-

ἀσθένειαν ἐπὶ τὴν κραυγὴν ὡς χωλοὺς ἀναβαίνειν ἐφ' ἵππον.

δ'. Οὐέρρου δὲ υἱὸν ἔχοντος οὐκ εὖ κεχρημένον ἐφ' ὥρᾳ τῷ σώματι, τὸν δὲ Κικέρωνα λοιδοροῦντος εἰς μαλακίαν, καὶ κίναιδον ἀποκαλοῦντος, Ἀγνοεῖς, εἶπεν, ὅτι προσήκει τοῖς τέκνοις ἐντὸς θυρῶν λοιδορεῖσθαι;

ε'. Μετέλλου δὲ Νέπωτος εἰπόντος πρὸς αὐτὸν ὅτι Πλείονας μαρτυρῶν ἀπέκτονας, ἢ συνηγορῶν σέσωκας,
205 Καὶ γάρ ἐστιν, ἔφη, πλεῖον ἐμοὶ πίστεως ἢ λογιότητος.

ϛ'. Ἐρωτῶντος δὲ τοῦ Μετέλλου τίς αὐτοῦ πατήρ ἐστι, Ταύτην, ἔφη, τὴν ἀπόκρισιν χαλεπωτέραν ἡ σὴ μήτηρ πεποίηκεν. Ἦν γὰρ ἡ τοῦ Μετέλλου, ἀκόλαστος· ὁ δὲ Μέτελλος αὐτὸς, ὑπόκουφος καὶ ἀβέβαιος καὶ φερόμενος ταῖς ὁρμαῖς.

ζ'. Διοδότῳ δὲ τῷ διδασκάλῳ τῶν ῥητορικῶν ἀποθανόντι κόρακα λίθινον ἐπιστήσαντος αὐτοῦ, Δικαίαν,

A. 1. πλεῖον] Sic Baſ. Xyl. Plutarch. Vit. Cic. p. 873. F. Vulgo πλεῖστον.
A. 7. Διοδότῳ δὲ τῷ διδασκάλῳ τῶν ῥητορικῶν] Verius puto in Vita Cic. p. 874. B. θάψας δὲ Φίλαγρον (vel Φίλαρχον ut Cod. Moſc.) τὸν καθηγητὴν ἐπιμελέστερον.

tiam dicendi ad vociferationem, ſicut claudos ad equum confugere.

IV. Erat Verri filius, qui in flore ætatis pudicitiam ſuam male cuſtodiverat. Ei Verri Cicero, mollitiem ſibi exprobranti, ac cinædum appellanti: Neſcis, inquit, filiis eſſe intra fores conviciandum?

V. Metello Nepoti dicenti, plures teſtimonio tuo perdidiſti, quam patrocinio ſervaſti, reſpondit: *Quia enim plus mihi fidei eſt quam facundiæ.*

VI. Eidem interroganti quo patre natus eſſet, *Tua*, inquit, *mater fecit*, *ut tibi difcilius eſſet reſpondere ſic interrogato.* Erat enim ea impudica, Metellus autem levis et inconſtans atque cupiditatibus obſequens.

VII. Hic cum Diodoto, quo oratoriæ artis doctore uſus erat, corvum lapideum in monimento ſtatuiſſet, dignam

ἔφη, τὴν ἀμοιβὴν γεγονέναι, πέτεσθαι γὰρ τοῦτον οὐ λέγειν ἐδίδαξεν.

η'. Βατίνιον δὲ ἄνθρωπον ἑαυτῷ διάφορον καὶ μοχ-
θηρὸν ἄλλως ἀκούσας ὅτι τέθνηκεν, εἶτα γνοὺς ὕστερον ὅτι B
ζῇ, Κακῶς, εἶπεν, ἀπόλοιτο κακῶς ὁ ψευσάμενος.

θ'. Πρὸς δὲ τὸν δοκοῦντα Λίβυν ἀπὸ γένους εἶναι, φήσαντα δὲ αὐτοῦ μὴ ἀκούειν λέγοντος, Καὶ μὴν οὐκ ἀτρύπητον ἔχεις τὸ οὖς, εἶπε.

ι'. Κάστον δὲ Ποπίλλιον νομικὸν εἶναι βουλόμενον, ὄντα δὲ ἀμαθῆ καὶ ἀφυῆ, προσεκαλεῖτο μάρτυρα πρός τινα δίκην· εἰπόντος δὲ ἐκείνου μηδὲν γινώσκειν, Οἴει γὰρ ἴσως, εἶπε, περὶ τῶν νομίμων ἐπερωτᾶσθαι.

ια'. Ὀρτησίου δὲ τοῦ ῥήτορος λαβόντος μισθὸν ἀργυρᾶν σφίγγα παρὰ τοῦ Βέῤῥου, καὶ πρὸς τὸν Κικέρωνα

A. 11. Βατίνιον] Ita primus edidit Steph. et habent Coll. Muret. Schott. Jannot. Jun. nec diſſentiunt alii libri, et conſentit certe Plutarchus Vit. Cic. p. 873. E. Οὐάριον eſt in Ald. Baſ. Xyl. Voſſ.

B. 2. Κακῶς, εἶπεν, ἀπόλοιτο κακῶς] Legendum Κακὸς, εἶπεν, ἀπόλοιτο κακῶς, ut in Vita Cic. p. 873. E. Libri multum diſſentiunt. Xyl. et Mez. Κακῶς εἶπεν ἀπόλοιτο ὁ κακῶς ψευσάμενος.

B. 6. Κάστον δὲ Ποπίλλιον] Vit. Cic. p. 874. A. Πόπλιον δὲ Κώνσταν: quod item vitioſum; melius eſt in Cod. A. Πόπλιον δὲ Κόττας: alii aliter variant. At in hoc Apophth. libelli loco Cod. Pariſ. J. Πόπλιον δὲ Γαΐον. Alii aliter.

ei relatam gratiam Cicero dixit, quod is *volare Metellum, non dicere docuiſſet.*

VIII. Audito Vatinium inimicum ſuum, hominem alioqui pravum, mortuum eſſe, cum poſtea vivere eum cognoviſſet, *Male*, inquit, *pereat, qui mentitus eſt male.*

IX. Cuidam qui domo Afer putabatur, dicenti non audire ſe ipſum dicentem, *Atqui*, inquit, *aurem habes foraminis non expertem.*

X. Quodam in judicio Popillium Cottam ad perhibendum teſtimonium vocaverat, qui ſe jureconſultum profitebatur, homo indoctus et ineptus. Is cum nihil ſe ſcire diceret, *Putas fortaſſis*, ait, *de jure te interrogari.*

XI. Hortenſio oratori, qui accepta mercedis loco a Verre Sphinge aurea, ſibi obſcurius aliquid dicenti ſe ænigmatum

πλαγίως τι εἰπόντα, φήσαντος, Αἰνιγμάτων λύσεως
C ἀπείρως ἔχειν, Καὶ μὴν ἡ σφίγξ, ἔφη, παρὰ σοί ἐστιν.

ιβʹ. Οὐοκωνίῳ δὲ ἀπαντήσας μετὰ τριῶν θυγατέρων ἀμορφοτάτων τὴν ὄψιν, ἀτρέμα πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν,

Φοίβου ποτ' οὐκ ἐῶντος ἔσπειρεν τέκνα.

ιγʹ. Φαύστου δὲ τοῦ Σύλλα παιδὸς διὰ πλῆθος δανείων ἀπάρτιον προγράψαντος, Ταύτην μᾶλλον, ἔφη, τὴν προγραφὴν ἀσπάζομαι ἢ τὴν πατρῴαν αὐτοῦ.

ιδʹ. Πομπηΐου δὲ καὶ Καίσαρος διαστάντων, ἔφη, Γινώσκω ὃν φύγω, μὴ γινώσκων πρὸς ὃν φύγω.

ιεʹ. Καὶ Πομπήϊον ἐμέμψατο τὴν πόλιν ἐκλιπόντα, καὶ Θεμιστοκλέα μᾶλλον ἢ Περικλέα μιμησάμενον, οὐκ
D ἐκείνοις τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ τούτοις ὁμοίων ὄντων.

ιϛʹ. Γενόμενος δ' οὖν παρὰ Πομπηΐῳ, καὶ πάλιν μετανοῶν, ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Πομπηΐου ποῦ Πίσωνα τὸν γαμβρὸν ἀπολέλοιπεν, ἔφη, Παρὰ τῷ σῷ πενθερῷ.

ιζʹ. Μεταβαλλομένου δέ τινος ἀπὸ Καίσαρος πρὸς

ſolvendorum imperitum eſſe aiebat, reſpondit: *Atqui Sphingem domi habes.*

XII. Voconio occurrens tribus filiabus deformiſſimis comitato, placide amicis dixit:

Phœbo olim non ſinente hic ſevit liberos.

XIII. Cum Fauſtus Sullæ filius propter æris alieni magnitudinem proſcripſiſſet ſe auctionem facturum ſuorum bonorum: *Hanc*, inquit, *magis probo, quam paternam proſcriptionem.*

XIV. Orto inter Cæſarem et Pompeium diſſidio, dixit *Noſſe ſe quem fugere, ignorare quem ſequi debeat.*

XV. Pompeium reprehendit, quod urbem deſeruiſſet, ac Themiſtoclem potius quam Periclem eſſet imitatus, rebus non illius, ſed hujus tempeſtati ſimilibus.

XVI. Ad Pompeium cum veniſſet, duceretur que pœnitentia, interrogatus ab eo ubi Piſonem generum ſuum reliquiſſet, *Apud ſocerum*, reſpondit, *tuum.*

XVII. Et cum quidam qui a Cæſare ad Pompeium

τὸν Πομπήϊον, λέγοντος ὑπὸ σπουδῆς καὶ προθυμίας ἀπολελοιπέναι τὸν ἵππον, Βέλτιον, ἔφη, αὐτὸν περὶ τοῦ ἵππου βεβουλεῦσθαι.

ιη'. Πρὸς δὲ τὸν ἀπαγγέλλοντα τοῦ Καίσαρος φίλους σκυθρωποὺς εἶναι, Λέγεις, ἔφη, δυσνοεῖν αὐτοὺς Καίσαρι.

ιθ'. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Φαρσάλῳ μάχην Πομπηΐου E
μὲν φυγόντος, Νονίου δέ τινος ἔτι παρ' αὐτοῖς ἀετοὺς ἑπτὰ φήσαντος εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο θαῤῥεῖν παρακαλοῦντος, Καλῶς ἂν παρῄνεις, εἶπεν, εἰ κολοιοῖς ἐπολεμοῦμεν.

κ'. Ἐπεὶ δὲ Καῖσαρ κρατήσας τὰς Πομπηΐου καταβεβλημένας εἰκόνας ἀνέστησε μετὰ τιμῆς, ἔφη περὶ αὐτοῦ λέγων ὁ Κικέρων, Ὅτι τοὺς Πομπηΐου Καῖσαρ ἱστὰς ἀνδριάντας, τοὺς ἑαυτοῦ πήγνυσιν.

κα'. Οὕτω δὲ πολλοῦ τὸ καλῶς λέγειν ἐτίμα τε καὶ περὶ τοῦτο μάλιστα ἠγωνία, ὥστε προκειμένης δίκης ἐπὶ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν, ὡς ἐπικειμένης τῆς ἡμέρας Ἔρωτα

D. 10. δυσνοεῖν] Ita et in Vit. Cic. p. 880. B. Xylander vertit ac ſi exſtaret εὐνοεῖν. Hoc melius. Nec tamen acumen ſatis apparet.

deſciverat, præ feſtinatione ſe equum reliquiſſe ibi diceret: *Melius eum equo ſuo quam ſibi conſuluiſſe* dixit.

XVIII. Renuncianti Cæſaris amicos eſſe vultu tetrico, *Ais*, inquit, *eos Cæſari bene velle.*

XIX. Poſt Pharſalicam pugnam cum fugiſſet Pompeius, et Nonius quidam ſeptem adhuc adeſſe aquilas diceret, ideoque bene ſperandum, *Recte*, inquit, *moneres, ſi adverſus graculos eſſet pugnandum.*

XX. Cæſar rerum potitus cum dejectas Pompeii ſtatuas erigeret honorifice, *Hoc*, inquit, *facto ſuas Cæſar figit.*

XXI. Tantum vero bene dicendo ſtuduit, tantique eam rem duxit, ut cum cauſa ipſi oranda eſſet coram centumviris, dieque appetente Eros ſervorum unus nunciaret in ſe-

ἀπαγγείλαντα αὐτῷ οἰκέτην εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ὑπερτεθῆναι τὴν δίκην, ἠλευθέρωσε.

ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ.

α'. Γάϊος Καῖσαρ ὅτε Σύλλαν ἔφευγεν ἔτι μειράκιον ὤν, περιέπεσε πειραταῖς· καὶ πρῶτον μὲν αἰτηθεὶς ἀργυρίου πλῆθος, κατεγέλασε τῶν λῃστῶν ὡς ἀγνοούντων ὃν ἔχουσι, καὶ διπλάσιον ὡμολόγησε δώσειν· ἔπειτα φρουρούμενος ὡς συνῆγε τὰ χρήματα, προσέταττεν ἡσυχίαν αὐτῷ παρέχειν κοιμωμένῳ καὶ σιωπᾷν· λόγους δὲ καὶ ποιήματα γράφων ἀνεγίνωσκεν αὐτοῖς, καὶ τοὺς μὴ λίαν ἐπαινοῦντας, ἀναισθήτους καὶ βαρβάρους ἀπεκάλει, καὶ μετὰ γέλωτος ἠπείλει κρεμᾶν αὐτούς· ὃ καὶ μετ' ὀλίγον ἐποί-
206 ησεν. Τῶν γὰρ λύτρων κομισθέντων ἀπολυθεὶς καὶ συναγαγὼν ἄνδρας ἐξ Ἀσίας καὶ πλοῖα, συνήρπασε τοὺς λῃστὰς καὶ προσηλώσεν.

β'. Ἐν δὲ Ῥώμῃ, πρὸς Κάτλον πρωτεύοντα Ῥωμαίων εἰς ἅμιλλαν ὑπὲρ τῆς ἀρχιερωσύνης καταστάς, καὶ προπεμπόμενος ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐπὶ τὰς θύρας,

quentem diem differri judicium, hunc libertate donaverit.

CAII CÆSARIS.

I. Caius Cæſar adoleſcens dum Syllam fugit, incidit in piratas, primumque exigentes ſummam pecuniæ deriſit, quod ignorarent quem cepiſſent, duplumque ejus daturum ſe promiſit. Deinde habitus in cuſtodia dum cogeret pecuniam, mandavit eis ut ſilerent, ſeque ſinerent dormire: orationes etiam et poemata ſcribebat, ipſiſque recitabat, et non admodum laudantes, ſtupidos barbaroſque appellabat, ac ſuſpenſurum ſe eos per riſum minabatur, quod et fecit paulo poſt. Allata enim qua ſe redimeret pecunia, dimiſſus, viros naveſque ex Aſia collegit, latroneſque correptos in cruces egit.

II. Romæ cum Catulo principe in civitate viro de pontificatu maximo certans, matri progreſſurum in campum ad fores uſque comitanti, *Hodie*, ait, *aut pontificem maxi-*

σήμερον, εἶπεν, ὦ μῆτερ, ἀρχιερέα τὸν υἱὸν ἢ φυγάδα ἕξεις.

γ'. Πομπηΐαν δὲ τὴν γυναῖκα κακῶς ἀκούσασαν ἐπὶ Κλωδίῳ παραιτησάμενος, εἶτα τοῦ Κλωδίου φεύγοντος ἐπὶ τούτῳ δίκην, μάρτυς εἰσαχθεὶς, οὐδὲν εἶπε φαῦλον περὶ τῆς γυναικός· ἐρομένου δὲ τοῦ κατηγόρου, Διὰ τί τοίνυν ἐξέβαλες αὐτήν, Ὅτι τὴν Καίσαρος, ἔφη, γυναῖκα καὶ διαβολῆς δεῖ καθαρὰν εἶναι. B

δ'. Τὰς δὲ Ἀλεξάνδρου πράξεις ἀναγινώσκων ἐδάκρυσε, καὶ πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν, ὅτι, Ταύτην τὴν ἡλικίαν ἔχων ἐνίκησε Δαρεῖον, ἐμοὶ δὲ μέχρι νῦν οὐδὲν πέπρακται.

ε'. Πολίχνιον δὲ αὐτοῦ λυπρὸν ἐν ταῖς Ἄλπεσι παρερχομένου, καὶ τῶν φίλων διαπορούντων εἰ καὶ ἐνταῦθά τινες στάσεις εἰσὶ καὶ ἅμιλλαι περὶ πρωτείων, ἐπιστὰς καὶ σύννους γενόμενος, Μᾶλλον ἄν, ἔφη, ἐβουλόμην πρῶτος ἐνταῦθα εἶναι ἢ δεύτερος ἐν Ῥώμῃ.

ϛ'. Τῶν δὲ τολμημάτων τὰ παράβολα καὶ μεγάλα πράττειν ἔφη δεῖν, ἀλλὰ μὴ βουλεύεσθαι. C

imum, aut exulem habebis filium.

III. Pompeiam uxorem dimiſerat, quam corruptam a Clodio eſſe rumor ferebat. Quo nomine cum Clodio eſſet dictus dies, citatus ipſe teſtis nihil de ea ſiniſtri dixit: et interroganti actori, Cur ergo nuncium uxori remiſiſſet, reſpondit: *Quia Cæſaris uxorem etiam criminis puram oportet eſſe.*

IV. Res Alexandri geſtas legens, flevit, dixitque amicis: *Quo natu Alexander Darium vicit, eo ego adhuc nihil egi.*

V. Oppidulum in Alpibus tranſiens nullius nominis, amicis quærentibus an ibi quoque tumultus et contentiones eſſent de principatu, meditatus aliquantulum: *Mallem,* inquit, *hic primus eſſe, quam Romæ ſecundus.*

VI. Audacia et magna facinora facienda aiebat, non deliberanda.

ζ΄. Καὶ διέβη τὸν Ῥουβίκωνα ποταμὸν ἐκ τῆς Γαλατικῆς ἐπαρχίας ἐπὶ Πομπήϊον, εἰπών, Πᾶς ἀνερρίφθω κύβος.

η΄. Ἐπεὶ δὲ Πομπηΐου φεύγοντος ἐπὶ θάλασσαν ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ Μέτελλος ἔπαρχος ὢν τοῦ ταμείου, βουλόμενον αὐτὸν χρήματα λαβεῖν ἐκώλυε, καὶ τὸ ταμεῖον ἀπέκλεισεν, ἠπείλησεν ἀποκτενεῖν αὐτόν· καταπλαγέντος δὲ τοῦ Μετέλλου, Τοῦτο, εἶπεν, ὦ νεανίσκε, φῆσαί μοι χαλεπώτερον ἦν ἢ ποιῆσαι.

θ΄. Τῶν δὲ στρατιωτῶν αὐτοῦ βραδέως εἰς Δυρράχιον ἐκ Βρεντεσίου κομιζομένων, λαθὼν ἅπαντας εἰς πλοῖον
D μικρὸν ἐμβὰς ἐπεχείρησε διαπλεῖν τὸ πέλαγος· συγκλυζομένου δὲ τοῦ πλοίου, ποιήσας τῷ κυβερνήτῃ φανερὸν ἑαυτόν, ἀνεβόησε, Πίστευε τῇ τύχῃ, γνοὺς ὅτι Καίσαρα κομίζεις.

ι΄. Τότε μὲν οὖν ἐκωλύθη, τοῦ χειμῶνος ἰσχυροῦ γενομένου, καὶ τῶν στρατιωτῶν συνδραμόντων, καὶ περιπαθούντων εἰ περιμένει δύναμιν ἄλλην, ὡς ἀπιστῶν αὐτοῖς· ἐπεὶ

VII. E Gallia provincia contra Pompeium proficiſcens, trajecto Rubicone flumine, *Omnis*, inquit, *jacta eſto alea*.

VIII. Cum Pompeius Roma ad mare fugiſſet, Metellus qui ærarii curam gerebat, volentem ipſum inde pecuniam ſumere, prohibuit, occluſitque ærarium. Ei mortem minatur Cæſar, conſternatoque, *Hoc*, inquit, *mihi*, *O adoleſcens, difficilius eſt dicere quam facere.*

IX. Militibus ipſius Brunduſio tarde ad Dyrrachium tranſvehentibus, omnibus ignorantibus lembum conſcendit, conatuſque eſt mare trajicere. Cum vero naviculam fluctus pene obruerent, aperiens ſeſe gubernatori exclamavit: *Fide fortunæ, ſciens te Cæſarem vehere.*

X. Prohibitus tamen eſt tranſmittere tempeſtatis violentia, et concurſu militum ægerrime ferentium, quod ipſis non confidens alium exſpectaret exercitum. Commiſſa pugna cum viciſſet Pom-

δὲ μάχης γενομένης νικῶν ὁ Πομπήϊος οὐκ ἐπεξῆλθεν, ἀλλ' ἀνεχώρησεν εἰς τὸ στρατόπεδον, Τήμερον, εἶπεν, ἡ νίκη παρὰ τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ τὸν εἰδότα νικᾷν οὐκ ἔχουσιν.

ια'. Ἐν δὲ Φαρσάλῳ Πομπηΐου παρατεταγμένην E
τὴν φάλαγγα κατὰ χώραν ἑστάναι καὶ προσδέχεσθαι τοὺς πολεμίους παρεγγυήσαντος, ἁμαρτεῖν αὐτὸν ἔλεγε τὸν ἐκ τῆς ἐπιδρομῆς μετ' ἐνθουσιασμοῦ τόνον καὶ ῥοῖζον ἐκλύσαντα τῶν στρατιωτῶν.

ιβ'. Φαρνάκην νικήσας τὸν Ποντικὸν, ἐξ ἐφόδου, πρὸς τοὺς φίλους ἔγραψε, Ἦλθον, εἶδον, ἐνίκησα.

ιγ'. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Λιβύῃ τῶν περὶ τὸν Σκιπίωνα φυγὴν καὶ ἧτταν, Κάτωνος αὐτὸν ἀνελόντος, Φθονῶ σοι Κάτων, εἶπε, τοῦ θανάτου· καὶ γὰρ σὺ ἐμοὶ τῆς σῆς σωτηρίας ἐφθόνησας.

ιδ'. Ἀντώνιον δὲ καὶ Δολοβέλλαν ὑφορωμένων ἐνίων, F
καὶ φυλάττεσθαι κελευόντων, Οὐ τούτους ἔφη δεδιέναι τοὺς

D. 10. ἡ νίκη] Forte fuit ἦν ante ἡ νίκη ut in ſede dicti, Vit. Cæſ. p. 727. B. Poterat item, ſalva ſententia, omitti.

peius, neque perſequeretur victoriam, ſed in caſtra reduceret, dixit Cæſar: *Hodie victoria erat penes hoſtes, ſed non habent qui vincere noverit.*

XI. Quod ad Pharſalum Pompeius exercitum inſtructum ſtare et exſpectare hoſtem juſſit, id Cæſar reprehendebat, vehementiam et impetum militum qui fit curſu cum quodam quaſi furore in hoſtem tendentibus, eum enervaviſſe dicens.

XII. Pharnacem Ponticum primo acceſſu cum ſuperaſſet, ad amicos ſcripſit: *Veni, vidi, vici.*

XIII. Scipione in Africa pulſo victoque, cum Cato ſibi necem conſciviſſet: dixit, *Invidere ſe Catoni mortem, quando is ſibi ſalutem invidiſſet.*

XIV. Male ſuſpicantibus de Antonio quibuſdam et Dolabella, et ab iis ut ſibi caveret monentibus: *Non hos,* inquit, *metuo ignavos et pingues, ſed*

βαναύσοις καὶ λιπῶντας, ἀλλὰ τοὺς ἰσχνοὺς καὶ ὠχροὺς ἐκείνους· δείξας Βροῦτον καὶ Κάσσιον.

ιε'. Λόγου δὲ παρὰ δεῖπνον ἐμπεσόντος περὶ θανάτου, ποῖος ἄριστος, Ὁ ἀπροσδόκητος, εἶπε.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ.

α'. Καῖσαρ ὁ πρῶτος ἐπικληθεὶς Σεβαστὸς, ἔτι μειράκιον ὢν, Ἀντώνιον ἀπῄτει δισχιλίας πεντακοσίας μυριάδας τοῦ πρώτου Καίσαρος ἀναιρεθέντος, ἐκ τῆς οἰκίας ἃς πρὸς αὑτὸν ὁ Ἀντώνιος μετενήνεγκεν· ἀποδοῦναι Ῥωμαίοις βουλόμενος τὸ καταλειφθὲν ὑπὸ Καίσαρος, ἑκάστῳ δραχμὰς ἑβδομήκοντα πέντε· τοῦ δὲ Ἀντωνίου τὰ μὲν χρήματα κατέχοντος, ἐκεῖνον δὲ τῆς
207 ἀπαιτήσεως ἀμελεῖν, εἰ σωφρονεῖ, κελεύοντος, ἐκήρυττε τὰ πατρῷα καὶ ἐπίπρασκε· καὶ τὴν δωρεὰν ἀποδοὺς, εὔνοιαν μὲν αὑτῷ, μῖσος δὲ ἐκείνῳ παρὰ τῶν πολιτῶν περιεποίησεν.

β'. Ἐπεὶ δὲ Ῥυμητάλκης ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς ἀπὸ Ἀντωνίου μεταβαλλόμενος πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐμε-

graciles iſtos ac pallidos, Brutum monſtrans et Caſſium.

XV. In cœna ſermone incidente quodnam mortis genus eſſet optimum, reſpondit, *Inopinatum.*

CÆSARIS AUGUSTI.

Nullus apud nos ſit adulter. Inferenti, Quid autem, ſi aliquando exiſteret? *Taurum,* inquit, *pendere cogitur tantæ magnitudinis, ut capite trans Taygetum porrecto ex Eurota bibat.* Dicenti, Quomodo poſſit tantus inveniri taurus? ſubjecit: *Quo vero pacto Spartæ poſſit adulter exiſtere, ubi divitiæ, luxus, et fucus ignominioſa cenſentur, verecundia autem, modeſtia, et ſubditorum obedientia obtinent?*

XXI. Poſtulanti ut populo adminiſtrationem reipublicæ traderet Lycurgus: *Tu prior,* inquit, *domi tuæ imperium domeſticis tuis trade.*

XXII. Interrogatus cur tam modica et vilia conſtituiſſet ſacrificia, reſpondit: *Ne unquam deos venerari ceſſemus.*

XXIII. Quærenti cur hæc duntaxat civibus permiſiſſet certamina, in quibus nemo manum intendens victum ſe profitetur, reſpondit: *Ne quis eorum inter laborandum deſpondere animum adſueſcat.*

κδʹ. Ἐρωτῶντος δέ τινος διὰ τί πυκνὰ μεταστρατοπεδεύειν κελεύει, Ὅπως, εἶπε, πλείω τοὺς ἐχθροὺς βλάπτοιμεν.

κεʹ. Ἄλλου δ' ἐπιζητοῦντος διὰ τί πυργομαχεῖν ἀπεῖπε, Ἵνα, ἔφη, μὴ ὑπὸ γυναικὸς ἢ παιδὸς ἤ τινος
E παραπλησίου ἀνθρώπου οἱ ἀμείνονες ἀποθνήσκωσιν.

κϛʹ. Τοῖς δὲ συμβουλευομένοις τῶν Θηβαίων περὶ τῆς ἱερουργίας καὶ τοῦ πένθους ἣν ποιοῦνται τῇ Λευκοθέᾳ, συνεβούλευσεν, Εἰ μὲν θεὸν ἡγοῦνται, μὴ θρηνεῖν· εἰ δὲ ἄνθρωπον, μὴ ἱερουργεῖν ὡς θεῷ.

κζʹ. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας τῶν πολιτῶν, Πῶς ἂν πολεμίων ἔφοδον ἀλεξοίμεθα; Ἐὰν πτωχοί, ἔφη, ἦτε, καὶ μὴ μεῖζον ἅτερος θατέρου ἐρεείνῃ.

κηʹ. Καὶ πάλιν ἐπιζητούντων περὶ τειχῶν, Οὐκ, ἔφη, πόλιν ἐστὶ ἀτείχιστον ἥτις ἀνδράσι καὶ οὐ πλίνθοις ἐστεφάνωται.

F κθʹ. Ἐπεμέλοντο δὲ οἱ Σπαρτιᾶται καὶ τῆς κόμης, ἀπομνημονεύοντές τινα Λυκούργου λόγον περὶ τούτου,

XXIV. Scitanti cur crebro jubeat movere caſtra: *Ut*, inquit, *pluribus hoſtes damnis afficiamus.*

XXV. Alii quærenti cur turrium ac murorum oppugnatione ſuis interdixiſſet: reſpondit, *Ne a muliere aut puero aut eorum ſimili homine præſtantiores interficiantur.*

XXVI. Conſultantibus Thebanis de ſacrificio et luctu quibus Leucotheam venerantur, ſuaſit, *Si deam eſſe crederent, ne lugerent: ſi hominem, ne ſacrificarent, tanquam numini.*

XXVII. Quærentibus civibus quo pacto hoſtium inſultus amolirentur, *Si*, inquit, *pauperes ſitis, neque unus altero amplius quærat.*

XXVIII. Interrogantibus etiam de muris quid ſentiret, dixit, *Urbem munitione non carere, quæ viris non lateribus coctis cincta ſit.*

XXIX. Comam quoque colebant Spartani, Lycurgi memorantes dictum, qui, *co-*

Ὅτι τοὺς μὲν καλοὺς, εὐπρεπεστέρους ποιεῖ, τοὺς δὲ αἰσχροὺς, φοβερωτέρους.

λ'. Παρήγγελλε δὲ ἐν τοῖς πολέμοις τρεψαμένους καὶ νικήσαντας μέχρι τοῦ βεβαιώσασθαι τὸ νίκημα, ἐπιδιώκειν, εἶτα εὐθὺς ἀναχωρεῖν· οὔτε Ἑλληνικὸν φονεύειν τοὺς παρακεχωρηκότας, φάσκων, ἀλλὰ καὶ χρήσιμον· εἰδότας γὰρ τοὺς μαχομένους πρὸς αὐτοὺς ὅτι φείδονται μὲν τῶν ἐνδιδόντων, ἀναιροῦσι δὲ τοὺς ὑφισταμένους, τοῦ μένειν τὸ φεύγειν ὠφελιμώτερον ἡγήσεσθαι.

λα'. Πυνθανομένου δέ τινος διὰ τί τοὺς τῶν πολεμίων νεκροὺς ἀπηγόρευσε σκυλεύειν, Ὅπως, ἔφη, μὴ κυπτάζοντες περὶ τὰ σκῦλα, τῆς μάχης ἀμελῶσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν πενίαν ἅμα τῇ τάξει διασώζωσι.

ΛΥΣΑΝΔΡΟΥ.

α'. Λύσανδρος, προσπέμψαντος αὐτῷ τοῦ Διονυσίου δύο στολὰς, καὶ κελεύσαντος ἣν βούλεται ἑλέσθαι τῇ θυ-

P. 8. ἀλλὰ καὶ χρήσιμον] Mutilum dictum parte ſupplenda ex Vita Lycurg. p. 54. A. ἦν δὲ οὐ μόνον καλὸν τοῦτο καὶ μεγαλόψυχον, ἀλλὰ καὶ χρήσιμον.

mam formoſis pulchritudinem augere, *deformes terribiliores reddere*, pronunciaſſet.

XXX. Idem præcepit ſuis, ut ſi prœlio hoſtem fudiſſent ac viciſſent, tantiſper modo inſequerentur fugientes, dum victoriam conſtabilirent, deinde ſtatim ſe reciperent: non modo, quia Græcanicum non eſſet cedentes interficere: ſed et utilis hæc ratio: hoſtes enim ſi ſcirent cedentibus parci, repugnantes occidi, fugam pugna utiliorem ſibi arbitraturos.

XXXI. Interrogatus cur hoſtium cadavera ſpoliare vetuiſſet: *Ut ne*, inquit, *ſpoliis intenti pugnam negligant*, *ſed ſimul cum paupertate ordinem ſervent.*

LYSANDRI.

I. Lyſander cum duas ei ſtolas miſiſſet Dionyſius, et utram mallet filiæ afferre juſ-

γατεὶ κομίζειν, Αὐτὴν ἐκείνην, ἔφη, βέλτιον αἱρήσεται· καὶ λαβὼν ἀμφοτέρας, ἀπῆλθεν.

β'. Ὁ δὲ Λύσανδρος, δεινὸς σοφιστὴς γενόμενος, καὶ ἀπάταις τὰ πολλὰ ποικίλλων, τὸ δίκαιον ἐν μόνῳ τῷ λυσιτελεῖ τιθέμενος, καὶ τὸ καλὸν ἐν τῷ συμφέροντι, Τὸ ἀληθὲς, ἔλεγε, τοῦ ψεύδους κρεῖττον ἐστὶ, ἑκατέρου δὲ
B τῇ χρείᾳ τὴν ἀξίαν καὶ τὴν τιμὴν ὁρίζεσθαι.

γ'. Πρὸς δὲ τοὺς ψέγοντας αὐτὸν ἐπὶ τῷ δι' ἀπάτης τὰ πλεῖστα πράττειν, ὡς ἀνάξιον τοῦ Ἡρακλέους, καὶ δόλῳ οὐκ ἄντικρυς κατορθοῦντα, γελῶν ἔλεγεν, Ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον ἐστὶ τὴν ἀλωπεκῆν.

δ'. Ἀπομεμφομένων δ' ἑτέρων αὐτὸν ἐπὶ ταῖς παραβάσεσι τῶν ὅρκων οὓς ἐν Μιλήτῳ ἐποιήσατο, ἔλεγε, Τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις δεῖ ἐξαπατᾷν, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις.

ε'. Νικήσας δὲ τοὺς Ἀθηναίους ἐξ ἐνέδρας περὶ Αἰγὸς ποταμοὺς καὶ λιμῷ πιέσας αὐτοὺς, παρεστήσατο τὴν πόλιν, καὶ ἔγραψε τοῖς ἐφόροις, Ἑαλώκαντι ταὶ Ἀθᾶναι.

ſiſſet, fatus ipſam filiam rectius delecturam, utraque ſumpta abiit.

II. Hic homo verſutus, et pleraque fraudibus miſcens, juſque in ſola ponens utilitate, veritatem aiebat nihilo meliorem eſſe mendacio, ſed utriuſque dignitatem et pretium uſu definiri.

III. Reprehendentibus ipſum, et indignum Herculė dicentibus, quod pleraque impoſturis ageret, doloque res non ingenue gereret, ridens reſpondit: *Ubi non ſufficit leonina pellis, adſuenda eſt vulpina.*

IV. Aliis vituperantibus ipſum ob violatum jusjurandum, quod Mileti dixerat: *Pueros talis, viros ſacramentis decipi debere*, reſpondit.

V. Cum Athenienſes ex inſidiis viciſſet ad Ægos potamos, fameque preſſos urbem dedere coegiſſet, Ephoris ſcripſit: *Captæ ſunt Athenæ.*

ϛʹ. Πρὸς Ἀργείους δὲ περὶ γῆς ὅρων ἀμφισβητοῦντας πρὸς Λακεδαιμονίους, καὶ δικαιότερα λέγειν αὐτοὺς φάσκοντας, σπασάμενος τὴν μάχαιραν, Ὁ ταύτης, ἔφη, κρατῶν, βέλτιστα περὶ γῆς ὅρων διαλέγεται. C

ζʹ. Τοὺς δὲ Βοιωτοὺς ἐπαμφοτερίζοντας, ὅτε διῄει τὴν χώραν, ὁρῶν, προσέπεμψε, πυνθανόμενος πότερον ὀρθοῖς τοῖς δόρασιν ἢ κεκλιμένοις διαπορεύηται τὴν χώραν αὐτῶν.

ηʹ. Μεγαρέως δὲ ἀνδρὸς ἐν τῷ κοινῷ συλλόγῳ παῤῥησίᾳ χρησαμένου πρὸς αὐτόν, Οἱ λόγοι σου, εἶπεν, ὦ ξένε, πόλεως δέονται.

θʹ. Ἐπεὶ δὲ Κορινθίων ἐφεστώτων διερχόμενος παρὰ D τὰ τείχη τοὺς Λακεδαιμονίους ἑώρα προσβάλλειν ὀκνοῦντας, καὶ λαγὼς τις ὤφθη διαπηδῶν τὴν τάφρον, Οὐκ αἰσχύνεσθε, εἶπεν, ὦ Σπαρτιάται, τούτους φοβούμενοι πολεμίους, ὧν δι' ἀργίαν οἱ λαγωοὶ τοῖς τείχεσιν ἐγκαθεύδουσιν;

ιʹ. Ἐν δὲ Σαμοθρᾴκῃ χρηστηριαζομένῳ αὐτῷ ὁ ἱερεὺς ἐκέλευσεν εἰπεῖν ὅ, τι ἀνομώτατον ἔργον αὐτῷ ἐν τῷ

VI. Argivis in controverſia de agris adverſus Spartanos juſtiora ſeſe afferre argumenta dicentibus, gladium ſtringens: *Qui hunc*, inquit, *tenet*, *is optime de finibus agrorum diſputat.*

VII. Bœotos, cum per eorum ditionem eſſet tranſiturus, cernens in utramque nutare partem, miſit qui interrogaret, *Rectiſne ſe haſtis vellent*, *an vero demiſſis tranſire.*

VIII. Megarenſi cuidam in concilio liberius ipſum appellanti, *Tua*, inquit, *hoſpes*, *verba civitate opus habent.*

IX. Cum defeciſſent Corinthii, et juxta eorum muros ducens ſuos videret ad oppugnationem parum habere animi, lepus autem conſpiceretur foſſam tranſilire: *Non pudet*, inquit, *Spartani*, *hos hoſtes metuere*, *quorum ob ignaviam muris lepores indormiunt?*

X. In Samothrace oraculum conſulentem ſacerdos cum juberet dicere quod in vita ſua maximum perpetraſſet ſce-

βίᾳ πέπρακται· Πότερον οὖν σοῦ τοῦτο κελεύσαντος ἢ τῶν θεῶν τοῦτο δεῖ ποιεῖν; ἐπηρώτησε. Φαμένου δὲ, Τῶν θεῶν· Σὺ τοίνυν, ἔφη, ἐκποδὼν μοι κατάστηθι, κἀκείνοις ἐρῶ, ἐὰν πυνθάνωνται.

E ια'. Πέρσου δ' ἐρωτήσαντος ποίαν μάλιστα ἐπαινεῖ πολιτείαν, Ἥτις, ἔφη, τοῖς ἀνδρείοις καὶ δειλοῖς τὰ προσήκοντα ἀποδίδωσι.

ιβ'. Πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα ὅτι ἐπαινοίη αὐτὸν καὶ ὑπερασπάζοιτο, Δύο βοῦς, ἔφη, ἐν ἀγρῷ ἔχω· σιγώντων δ' ἀμφοτέρων, ἀκριβῶς ἐπίσταμαι τόν τε ἀργὸν καὶ τὸν ἐργαζόμενον.

ιγ'. Λοιδορουμένου δέ τινος αὐτῷ, εἶπε, Λέγε πυκνῶς; ὦ ξενύλλιον, λέγε μηδὲν ἐλλείπων, ἂν σοῦ δυνῇ τὰν ψυχὰν κενῶσαι κακῶν, ὧν ἔοικας πλήρης εἶναι.

ιδ'. Χρόνῳ δ' ὕστερον μετὰ τὴν πολιτικὴν ἀντιλογίας συμμαχικῆς γενομένης, Ἀγησίλαος ἦλθεν ἐπὶ τὴν τοῦ Λυσάνδρου οἰκίαν, ὅπως τὰ περὶ αὐτῆς

E. 5. ὑπερασπάζοιτο] Ita Voſſ. et T. Omnes alii, et vulgo, ὑπερασπίζοιτο.

lus, *Tuone*, inquit, *an deorum juſſu?* reſpondenti, Deorum: *Tu itaque*, ait, *apage hinc*, *et ego diis*, *ubi interrogabunt*, *dicam.*

XI. Perſæ quærenti quam reipublicæ formam maxime probaret: *In qua*, inquit, *fortibus et ignavis ſuum tribuitur.*

XII. Dicenti, laudo te et defendo, reſpondit, *Duos ſe ruri habere boves*, *quibus tacentibus*, *ſe tamen exquiſite noſſe uter eorum piger ſit*, *uter induſtrius.*

XIII. Cuidam peregrino convicia in ipſum jacienti dixit: *Crebro iſta dicito*, *dicito abſque intermiſſione*, *ſi fortaſſis animi tui mala*, *quibus plenus videris eſſe*, *poſſis egerere.*

XIV. Aliquo poſt mortem ejus tempore, oborta ſociali controverſia, Ageſilaus domum Lyſandri venit inſpectu-

γράμματα διασκέψηται· ταῦτα γὰρ παρ' αὐτῷ κατέσχεν ὁ Λύσανδρος· εὗρε δὲ καὶ βιβλίον γεγραμμένον F τῷ Λυσάνδρῳ περὶ τῆς πολιτείας, ὡς χρὴ τῶν Εὐρυπροτιδῶν καὶ Ἀγιάδων τὴν βασιλείαν ἀφελομένους, εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν ἐκ τῶν ἀρίστων, ἵνα μὴ τῶν ἀφ' Ἡρακλέους, ἀλλ' οἷος Ἡρακλῆς τῇ ἀρετῇ, κρινομένων τὸ γέρας ᾖ, ᾗ κἀκεῖνος εἰς θεῶν τιμὰς ἀνήχθη. Καὶ τοῦτον τὸν λόγον ὥρμησε μὲν εἰς τοὺς πολίτας ἐξενεγκεῖν, καὶ παραδεικνύναι τὸν Λύσανδρον οἷος ὢν πολίτης διελάνθανε, καὶ ἐπὶ διαβολῇ τῶν Λυσάνδρου φίλων. Κρατίδαν δέ φασι τότε προεστῶτα τῶν Ἐφόρων, ἀλγηθέντα μὴ πείσῃ ἀναγνωσθεὶς ὁ λόγος, ἐπιλαβέσθαι τοῦ Ἀγησιλάου, καὶ εἰπεῖν ὡς, Οὐ δεῖ ἀνορύττειν τὸν Λύσανδρον, ἀλλὰ καὶ τὸν λόγον αὐτῷ συγκατορύττειν, πανούργως καὶ πιθανῶς συντεταγμένον. 230

ιε'. Τοὺς δὲ μνηστευσαμένους αὐτοῦ τὰς θυγατέρας, εἶτα μετὰ

F. 2. Εὐρυπρατιδῶν] Ita omnes libri vitioſe. Verum eſt Εὐρυπωντιδῶν; quod apud antiquos jam frequenter permutatum eſt altera forma Εὐρυτιωνιδῶν: quæ in eadem re eſt Vit. Lyſ. p. 450. F.

F. 6. κρινομένων] Sic Venet. et T. Vulgo κρινόμενον.

rus ea de re literas, quas ſecum is retinuerat. Invenit autem librum a Lyſandro ſcriptum de republica in quo erat hæc ſententia; *Regnum familiæ Eurytionidarum et Agiadarum adimendum, inque medio ponendum eſſe, regemque ex optimatibus creandum: ne poſteris Herculis is honor haberetur, ſed iis qui imitarentur virtutem Herculis, qua is ad deos evectus fuit.* Hanc orationem cum vellet evulgare ad cives Ageſilaus, ut oſtenderet qualis civis Lyſander fefelliſſet, ejuſque amicos traduceret, Lacratidam ferunt Ephororum tunc principem veritum ne oratio ea perſuaderet, inhibuiſſe eum ac monuiſſe, *Non eſſe eruendum e ſepulchro Lyſandrum, ſed orationem conſepeliendam, vafre et ad perſuadendum apte compoſitam.*

XV. Qui filias ejus ambiverant, mortuo autem eo, quod pauperem fuiſſe tum li-

τὴν τελευτὴν πένητος εὑρεθέντος ἀπειπαμένους, ἐζημίωσαν οἱ Ἔφοροι, ὅτι πλούσιον μὲν νομίζοντες ἐθεράπευον, δίκαιον δὲ καὶ χρηστὸν ἐκ τῆς πενίας ἐπιγνόντες, ὑπερεῖδον.

ΝΑΜΕΡΤΟΥ.

Ναμέρτης πρεσβευτὴς ἀποσταλεὶς, μακαρίζοντός τινος αὐτὸν τῶν ἐκεῖ διότι πολύφιλος εἴη, ἠρώτησεν εἰ
B δοκίμιον ἔχει τινὶ τρόπῳ πειράζεται ὁ πολύφιλος· ἐπιζητοῦντος δὲ θατέρου μαθεῖν, Ἀτυχία, εἶπεν.

ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ.

α'. Νίκανδρος, εἰπόντος τινὸς ὅτι κακῶς αὐτὸν λέγουσιν οἱ Ἀργεῖοι, Οὐκοῦν, ἔφη, δίκην τίνουσι τοὺς ἀγαθοὺς κακῶς λέγοντες.

β'. Πυθομένου δέ τινος διὰ τί κομῶσι καὶ πωγωνοτροφοῦσιν, Ὅτι, ἔφη, πάντων κάλλιστος καὶ ἀδαπανώτατος ἀνδρὶ ὁ ἴδιος κόσμος.

γ'. Τῶν Ἀθηναίων δὲ εἰπόντος τινὸς, Λίαν ἀντέχεσθε, ὦ Νίκανδρε, τοῦ σχολάζειν, Ἀληθίζεις, ἔφη, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ὑμεῖς ὅπως τύχοι σπουδάζομεν.

quereret, repudiabant, Ephori mulctaverunt, quod quem ob divitiarum opinionem coluiſſent, hunc, juſtitiam ejus ac probitatem paupertate arguente, ſpernerent.

NAMERTIS.

Namertes legatus aliquo miſſus cum a quodam iſthic felix prædicaretur ob multitudinem amicorum, *Habeſne*, inquit, *indicium certum quo probare poſſis quis multos habeat amicos?* Doceri ſe id poſtulanti, *Rebus*, ait, *adverſis*.

NICANDRI.

I. Nicander narrante quodam Argivos ipſi maledicere, *Pœnas ergo*, inquit, *dabunt, qui de bonis male loquantur.*

II. Quærenti cur comam et barbam alerent Spartani, reſpondit; *Quia virum et maxime ornat, et minimo ſumptu conſtat proprius ornatus.*

III. Athenienſi cuidam dicenti, Nimium, O Spartani, otio eſtis dediti: *Vera*, inquit, *dicis: at non, ut vos, in quaſcunque res operam impendimus.*

τοῖς Ὀλυμπίοις ἀνακηρυττομένου αὐτοῦ, ἐσύριττον αὐτὸν μόνοι, Τί οὖν οἴεσθε, ἔφη, τοὺς ὅτε εὖ ἔπαθον συρίττοντας, παθόντας κακῶς, ποιήσειν;

γʹ. Πυνθανομένου δέ τινος διὰ τί Τυρταῖον τὸν ποιητὴν ἐποιήσαντο πολίτην, Ὅπως, ἔφη, μηδέποτε ξένος φαίνηται ἡμῶν ἡγεμών.

δʹ. Πρὸς δὲ τὸν ἀσθενῆ μὲν τῷ σώματι, συμβουλεύοντα δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους κατὰ γῆν καὶ θάλατταν διακινδυνεύειν, Θέλεις οὖν, ἔφη, δεῖξαι σεαυτὸν ἐκδὺς, οἷος ὢν ἡμῖν μάχεσθαι συμβουλεύεις;

εʹ. Θαυμαζόντων δέ τινων ἐν τοῖς λαφύροις τῶν βαρβάρων, τὴν πολυτέλειαν τῆς ἐσθῆτος, Κρεῖσσον, ἔφη, αὐτοὺς εἶναι πολλοῦ ἀξίους, ἢ κεκτῆσθαι πολλοῦ ἄξια.

ϛʹ. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Πλαταιαῖς κατὰ Μήδων γενομένην νίκην, τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐκέλευσε τὸ προητοιμασμένον Περσικὸν δεῖπνον παραθεῖναι· τούτου δὲ θαυμαστὴν πολυ-
F τέλειαν ἔχοντος, Νὴ τοὺς θεοὺς, ἔφη, λίχνος ἦν Πέρσης, ὅτι τοσαῦτα ἔχων ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ἦλθε μάζαν.

que Olympicis ludis cum renunciaretur victor, a ſolis Athenienſibus fuiſſe exſibilatum: *Quid vero putatis*, inquit, *qui beneficio accepto me exſibilaverunt, facturos ſi lædantur?*

III. Quærenti cur Tyrtæum poetam Spartani donaſſent civitate, reſpondit: *Ne unquam videremur peregrino uſi duce.*

IV. Imbecillo homini terra marique decertandum eſſe ſuadenti, *Viſne*, inquit, *veſtibus te exuere, et oſtendere qualis homo pugnam nobis ſuadeas?*

V. Mirantibus nonnullis inter ſpolia barbarorum ſumptuoſas veſtes, dixit: *Præſtat aliquem ipſum magni eſſe pretii, quam res poſſidere pretioſas.*

VI. Poſt Plataicam de Medis victoriam, mandavit ſuis ut præparatam Perſæ cœnam ſibi apponerent: quæ cum eſſet admirabili luxu adornata, *Per deos*, inquit, *gulæ deditus fuit Perſa, qui tot rerum compos, noſtram appetiit mazam.*

ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ ΤΟΥ ΠΛΕΙΣΤΑΝΑΚΤΟΣ.

α'. Παυσανίας ὁ Πλειστάνακτος, πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα, Διὰ τί τῶν ἀρχαίων νόμων οὐδένα κινεῖν ἔξεστι παρ' αὐτοῖς, Ὅτι τοὺς νόμους, ἔφη, τῶν ἀνδρῶν, οὐ τοὺς ἄνδρας τῶν νόμων κυρίους εἶναι δεῖ.

β'. Ἐπαινοῦντος δὲ αὐτοῦ ἐν Τεγέᾳ μετὰ τὴν φυγὴν τοὺς Λακεδαιμονίους, εἶπέ τις, Διὰ τί οὖν οὐκ ἔμενες ἐν Σπάρτῃ, ἀλλ' ἔφυγες; Ὅτι οὐδ' ἰατροί, ἔφη, παρὰ τοῖς ὑγιαίνουσιν, ὅπου δὲ οἱ νοσοῦντες, διατρίβειν εἰώθασιν.

γ'. Πυθομένου δέ τινος αὐτοῦ πῶς ἂν δυνηθεῖεν τοὺς Θρᾷκας νικῆσαι, Εἰ τὸν ἄριστον, εἶπε, στρατηγὸν καταστήσαιμεν.

δ'. Ἰατροῦ δ' ἐπισκεπτομένου αὐτὸν καὶ εἰπόντος, 233
Οὐδὲν κακὸν ἔχεις· Οὐ γὰρ σοι ἰατρῷ, ἔφη, χρῶμαι.

ε'. Μεμφομένου δέ τινος αὐτὸν τῶν φίλων διότι ἰατρόν τινα κακῶς λέγει, πεῖραν οὐκ ἔχων αὐτοῦ, οὐδὲ ἀδικηθείς τι, Ὅτι, εἶπεν, εἰ ἔλαβον αὐτοῦ πεῖραν, οὐκ ἂν ἔζων.

PAUSANIÆ PLISTON. F.

I. Pauſanias Pliſtonactis filius interroganti cur de antiquo jure nihil Lacedæmone liceret convellere: *Quia*, inquit, *legum in viros, non virorum in leges debet eſſe auctoritas.*

II. Exſul hic cum Tegeæ laudaret Lacedæmonios, et quidam diceret, *Cur ergo non manſiſti Spartæ, ſed ſolum vertiſti?* reſpondit: *Quia ne medici quidem apud ſanos, ſed apud ægrotos ſolent verſari.*

III. Interroganti quomodo Thraces poſſent vinci, *Si*, inquit, *optimum exercitui ducem præficiamus.*

IV. Medico ipſum viſitanti ac dicenti, *Nihil habes mali*: retulit, *Id fit, quia te medico non utor.*

V. Amico reprehendenti ipſum, quod cuidam medico male diceret, non expertus ipſum, neque paſſus quicquam: *Si*, inquit, *expertus eum eſſem, non viverem.*

ϛ'. Τοῦ δὲ ἰατροῦ εἰπόντος αὐτῷ, Γέρων γέγονας, Διότι, εἶπεν, οὐκ ἐχρησάμην σοὶ ἰατρῷ.

ζ'. Κράτιστον δὲ ἔλεγε τοῦτον ἰατρὸν εἶναι τὸν μὴ καταστήποντα τοὺς ἀρρωστοῦντας, ἀλλὰ τάχιστα θάπτοντα.

ΠΑΙΔΑΡΗΤΟΥ.

B α'. Παιδάρητος, λέγοντός τινος ὅτι πολλοί εἰσιν οἱ πολέμιοι, Οὐκοῦν, ἔφη, ἡμεῖς εὐκλεέστεροι ἐσόμεθα· πλείους γὰρ ἀποκτενοῦμεν.

β'. Ἰδὼν δέ τινα τῇ μὲν φύσει μαλακὸν, δι' ἐπιείκειαν δὲ ἐπαινούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἔφη, Οὔτε ἄνδρας γυναιξὶν ὁμοίους ὄντας ἐπαινεῖν δεῖ, οὔτε γυναῖκας ἀνδράσιν, ἐὰν μὴ τὴν γυναῖκα χρεία τις καταλάβῃ.

γ'. Οὐκ ἐγκριθεὶς δ' εἰς τοὺς τριακοσίους, ἥτις ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσα τιμὴ τῇ τάξει ἦν, ἱλαρὸς καὶ μειδιῶν ἀπῄει· ἀνακαλεσαμένων δ' αὐτὸν τῶν Ἐφόρων καὶ πυνθανομένων διότι γελᾷ, εἶπε, Διότι συγχαίρω τῇ πόλει τριακοσίους κρείττονάς μου πολίτας
C ἐχούσῃ.

VI. Et dicenti medico, *Senex es factus:* reſpondit, *Quia te non adhibui medicum.*

VII. *Optimum* dicebat *eſſe medicum, qui ægrotos non conficeret putreſcendo, ſed quamprimum ſepeliret.*

PÆDARETI.

I. Pædaretus dicente quodam magnum eſſe hoſtium numerum: *Tanto*, inquit, *major erit noſtra gloria, quia plures interficiemus.*

II. Videns quendam natura mollem a civibus propter placidos mores laudari, dixit: *Neque viros mulierum ſimiles debere laudari, neque mulieres virorum ſimiles, niſi earum aliquis uſus incidat.*

III. Non allectus in trecentorum numerum (qui primus in civitate erat honoris gradus) hilaris ac renidens e comitiis diſceſſit: revocatusque ab Ephoris, et cauſam riſus ſui interrogatus: *Hæc*, inquit, *eſt, quod gratulor civitati, quæ trecentos quam ego ſim meliores habet cives.*

ΠΛΕΙΣΤΑΡΧΟΥ.

α'. Πλείσταρχος Λεωνίδου, πρὸς τὸν ἐπερωτήσαντα διὰ τίνα αἰτίαν οὐκ ἀπὸ τῶν πρώτων βασιλέων προσαγορεύονται, Ὅτι, ἔφη, ἐκεῖνοι μὲν ἄρχειν ἢ βασιλεύειν ἔχρηζον, οἱ δ' ἐκείνων ὕστερον, οὐδαμῶς.

β'. Συνηγόρου δέ τινος γελοῖα λέγοντος, Οὐ φυλάξῃ, ἔφη, ὦ ξένε, συνεχῶς γελοιάζων, ὅπως μὴ γελοῖος γένῃ, ὥσπερ καὶ οἱ συνεχῶς παλαίοντες, παλαισταί;

γ'. Λέγοντος δέ τινος ὅτι κακολόγος τις αὐτὸν ἐπῄνει, Θαυμάζω, εἶπεν, εἰ μή τις αὐτῷ ἔφη ὅτι ἀπέθανον· ζῶντα γὰρ ἐκεῖνος οὐδένα καλῶς λέξαι δύναται. D

ΠΛΕΙΣΤΩΝΑΚΤΟΣ.

Πλειστώναξ ὁ Παυσανίου, Ἀττικοῦ τινος ῥήτορος ἀμαθεῖς ἀποκαλοῦντος τοὺς Λακεδαιμονίους, Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις, ἡμεῖς γὰρ Ἑλλήνων μόνοι οὐδὲν κακὸν μεμαθήκαμεν παρ' ὑμῶν.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ.

α'. Πολύδωρος ὁ Ἀλκαμένους, ἀπειλοῦντός τινος

PLEISTARCHI.

I. Pleiſtarchus Leonidæ filius quærenti cauſam, cur non a primis regibus cognomentum ducerent: *Quia*, inquit, *illis ut imperarent ac regnarent neceſſe fuit, poſterioribus nequaquam.*

II. Cum advocatus quidam ridicula diceret, *Non cavebis*, inquit, *hoſpes, ne quomodo continenter in palæſtra ſe exercentes palæſtæ evadunt, ita tu quoque identidem riſum captans, ridiculus fias?*

III. Narranti eſſe maledicum quendam qui ipſum laudet: *Mirum*, inquit, *niſi aliquis ei me mortuum eſſe dixit: de vivo enim nemine bene ille loqui poteſt.*

PLISTONACTIS.

Pliſtonax Pauſaniæ filius, cum Atticus quidam rhetor Lacedæmonios indoctos vocaret, *Vera*, ait, *prædicas: ſoli enim Græcorum nos mali nihil a vobis didicimus.*

POLYDORI.

I. Polydorus Alcamenis fi-

τοῖς ἐχθροῖς συχνά, Οὐ συνίης, ἔφη, τὸ πλεῖστον καταναλίσκων τῆς τιμωρίας;

E β'. Ἐξάγοντος δ' αὐτοῦ τὸ στράτευμα ἐπὶ Μεσσήνην, ἤρετό τις, Εἰ τοῖς ἀδελφοῖς μάχεσθαι μέλλει, Οὐκ, ἔφη, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκλήρωτον τῆς χώρας βαδίζει.

γ'. Ἀργείων δὲ πάλιν μετὰ τὴν τῶν τριακοσίων μάχην ἐκ παρατάξεως πανδημεὶ κρατηθέντων, τὸν Πολύδωρον οἱ σύμμαχοι παρεκελεύοντο μὴ παρεῖναι τὸν καιρόν, ἀλλ' ἐπελθόντα τῷ τείχει τῶν πολεμίων, τὴν πόλιν αἱρεῖν· ῥᾷστον γὰρ ἔσεσθαι, τῶν μὲν ἀνδρῶν ἀπολωλότων, τῶν γυναικῶν δὲ ἀπολελειμμένων· ἔφη πρὸς αὐτούς, Τὸ μὲν ἐκ τοῦ ἴσου μαχόμενον νικᾶν τοὺς ἐναντιουμένους, ἐστί μοι καλόν· τὸ δ' ὑπὲρ τῶν ὅρων τῆς χώρας μεμαχημένον τὴν πόλιν ἐπιθυμεῖν λαβεῖν, οὐ δίκαιον τίθεμαι εἶναι· ἦλθον

F γὰρ χώραν ἀπολαβεῖν οὐ καταλαβέσθαι πόλιν.

δ'. Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί Σπαρτιᾶται κατὰ πόλεμον κινδυνεύουσιν ἀνδρείως, Ὅτι, ἔφη, αἰδεῖσθαι τοὺς ἡγεμόνας ἔμαθον, οὐ φοβεῖσθαι.

lius cuidam crebro hoſtibus minanti, *Non animadvertis*, inquit, *maximam te vindictæ partem ſic inſumere?*

II. Cum exercitum duceret contra Meſſenios, interroganti cuidam an pugnare cum fratribus vellet: *Non ſane*, inquit, *ſed ad hæreditatem nondum diviſam proficiſcor.*

III. Cum Argivi poſt trecentorum pugnam denuo ingenti pugna univerſi eſſent victi, hortabantur Polydorum ſocii ne occaſionem dimitteret, ſed recta ad Argos duceret, urbemque occuparet: quod fore aiebant facillimum, viris occiſis, ſoliſque ſuperſtitibus mulieribus: reſpondit: *Collatis ſignis hoſtem ſuperare ego pulchrum judico: ut autem urbem occupem, qui de finibus ditionis dimicaverim, injuſtum mihi videtur: veni enim non urbis capiendæ, ſed agri recipiendi gratia.*

IV. Quærenti cur in bellis Spartani pericula fortiter adirent, reſpondit: *Quia revereri duces didicerunt ſuos, non metuere.*

ΠΟΛΥΚΡΑΤΙΔΟΥ.

Πολυκρατίδας πρεσβεύων πρὸς τοὺς τοῦ βασιλέως στρατηγοὺς μεθ' ἑτέρων, ἐρωτώντων αὐτῶν πότερον ἰδίᾳ πάρεισιν ἢ δημοσίᾳ ἐπέμφθησαν, Αἴκε τύχωμεν, δημοσίᾳ· εἶπεν, εἰ δὲ μὴ, ἰδίᾳ.

ΣΟΙΒΙΔΟΥ.

Σοιβίδας περὶ τοῦ κινδύνου τοῦ Λευκτρικοῦ λεγόντων τινῶν δείξειν τὴν ἡμέραν ταύτην τὸν ἀγαθὸν, Πολλοῦ τὴν ἡμέραν, ἔφησεν, ἀξίαν εἶναι, δυναμένην τὸν ἀγαθὸν δεῖξαι σῶον.

Λέγεται ἐν χωρίῳ χαλεπῷ καὶ ἀνύδρῳ πολιορκούμενον 232
ὑπὸ Κλειτορίων, ὁμολογῆσαι τὴν δορύκτητον αὐτοῖς ἀφεῖναι γῆν, εἰ πίοιεν μετ' αὐτοῦ πάντες ἀπὸ τῆς πλησίον πηγῆς· ἐφρούρουν δ' αὐτὴν οἱ πολέμιοι· γενομένων δὲ τῶν ὅρκων, συναγαγόντα τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ, διδόναι τῷ μὴ πιόντι τὴν βασιλείαν, οὐδενὸς δὲ καρτερήσαντος, ἀλλὰ

F. 10. Σοιβίδου] Φοιβίδου J. Anon. Voſſ. a correctore. Xylander item recepit. Rectius. Sed illud retinuimus ob literarum ordinem.

F. 14. δεῖξαι σῶον] Ita omnes libri. Itaque nil mutavimus. Manifeſta eſt et corruptela, et medela, δεῖξαι. ΣΟΟΥ—· ut *Soi* ſint proxima dicta. Vidit item et reddidit Xylander.

A. 3. πίοιεν μετ' αὐτοῦ] Legendum πίοιεν οἱ μετ' αὐτοῦ: quod unus habet T. et expreſſit Xyl. In fine dicti videtur ſubeſſe quid labis.

POLYCRATIDÆ.

Polycratidas cum aliis miſſus legatus ad regis præfectos, interrogatus privatimne adeſſet, an publico nomine, ſic retulit: *Si conſequimur quod volumus, publice: ſi repulſam patimur, privatim.*

PHOEBIDÆ.

Phœbidas ante pugnam Leuctricam dicentibus nonnullis, iſtam diem manifeſtaturam qui ſit vir bonus: *Magni*, inquit, *æſtimanda talis eſt dies.*

Sous fertur cum loco quodam iniquo et aquæ experte a Clitoriis obſideretur, pactus eſſe agrum ſe iis bello partum traditurum, ſi de proximo fonte omnes qui cum ipſo erant bibiſſent. Jurejurando pactis ultro citroque firmatis, ſuos convocaſſe, regnumque detuliſſe ei qui non biberet: nullo

πάντων πιόντων, αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι καταβάντα καὶ περιῤῥανάμενον, ἔτι τῶν πολεμίων παρόντων, ἐπελθεῖν, καὶ τὴν χώραν κατασχεῖν ὡς μὴ πιόντα.

ΤΗΛΕΚΡΟΥ.

B α΄. Τήλεκρος πρὸς τὸν εἰπόντα ὅτι ὁ πατὴρ λέγει κακῶς αὐτὸν, Εἰ μὴ αὐτῷ, ἔφη, λεκτὸν ἦν, οὐκ ἂν ἔλεγεν.

β΄. Εἰπόντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ ὅτι οὐχ ὁμοίως αὐτῷ προσφέρονται οἱ πολῖται ὡς ἐκείνῳ, ὄντι ἐκ τῶν αὐτῶν, ἀγνωμονέστερον δὲ, εἶπεν, Σὺ γὰρ οὐκ οἶδας ἀδικεῖσθαι, ἐγὼ δέ.

γ΄. Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί ἔθος παρ᾽ αὐτοῖς ἐστι τοὺς νεωτέρους τοῖς πρεσβυτέροις ἐξανίστασθαι, Ὅπως, ἔφη, περὶ τοὺς μὴ προσήκοντας οὕτως ἔχοντες τιμῆς, μᾶλλον τιμῶσι τοὺς γονέας.

δ΄. Πυθομένου δέ τινος πόσην κέκτηται οὐσίαν; ἔφη, Οὐ πλείω τῆς ἱκανῆς.

ΧΑΡΙΛΛΟΥ.

α΄. Χάριλλος ἐρωτηθεὶς διὰ τί τοὺς νόμους ὁ

B. 13. Χάριλλος] Ita libri: rectius eſt Χαρίλαος ut Xylander reddidit: et alias hoc nomen ſcribitur.

autem ſitim cohibente, omnibuſque bibentibus, poſtremum ipſum deſcendiſſe, ſeque aqua conſperſiſſe, et præſentibus adhuc hoſtibus diſceſſiſſe, ditionemque ut qui non bibiſſet, obtinuiſſe.

TELECRI.

I. Telecrus narranti, male de te loquitur pater tuus: *Non faceret*, inquit, *ſi non eſſet faciundum.*

II. Fratri querenti non eadem ſe benevolentia qua ipſum apud cives accipi, iiſdem ortum parentibus, reſpondit: *Non enim item, ut ego, ferre noſti injurias.*

III. Interrogatus cauſam conſuetudinis Spartanæ qua ſenioribus juniores aſſurgunt: reſpondit, *Eo id fieri, ut adſueti hoc honoris deferre alienis, tanto magis venerentur parentes.*

IV. Quærenti quantas poſſideret opes, reſpondit, *Non majores quam ſatis eſt.*

CHARILAI.

I. Charilaus interrogatus

Λυκοῦργος οὕτως ὀλίγους ἔθηκεν. Ὅτι, ἔφη, τοῖς ὀλίγα λέγουσιν ὀλίγων καὶ νόμων ἐστὶ χρεία. C

β. Πυνθανομένου δέ τινος διὰ τί τὰς μὲν κόρας ἀκαλύπτους, τὰς δὲ γυναῖκας ἐγκεκαλυμμένας εἰς τὸ φανερὸν ἄγουσιν, Ὅτι, ἔφη, τὰς μὲν κόρας ἄνδρας εὑρεῖν δεῖ· τὰς δὲ γυναῖκας, σώζειν τοὺς ἔχοντας.

γ. Τῶν δὲ εἱλώτων τινὸς θρασύτερον αὐτῷ προσφερομένου, Εἰ μὴ ὠργιζόμην, ἔφη, κατέκτανον ἄν σε.

δ. Ἐρωτηθεὶς δέ τινα νομίζει πολιτείαν ἀρίστην, ἔφη, Ἐν ᾗ ἂν περὶ ἀρετῆς πλεῖστοι πολιτευόμενοι πρὸς ἀλλήλους ἄνευ στάσεως ἀγωνίζωνται.

ε. Πυνθανομένου δέ τινος διὰ τί πάντα τὰ τῶν θεῶν ξόανα μεθ' ὅπλων ἵδρυται παρ' αὐτοῖς, Ὅπως, ἔφη, μήτε τὰ κατὰ τῶν ἀνθρώπων ὀνείδη λεγόμενα διὰ τὴν δειλίαν ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἀναφέρωμεν, μήτε οἱ νέοι τοῖς θεοῖς ἄνοπλοι εὔχωνται. D

cur tam paucas leges poſuiſſet Lycurgus: *Quia*, inquit, *pauca loquentes paucis opus habent legibus.*

II. Quærenti cur Spartani virgines detectas, mulieres velatas in publicum emitterent: *Quia*, inquit, *virginibus quærendi ſunt viri, mulieribus opera danda ut ſervent maritos.*

III. Heiloti cuidam aſperius ipſi ſe opponenti, *Interficerem te*, inquit, *niſi iratus eſſem.*

IV. Interrogatus quænam eſſet optima reipublicæ forma, reſpondit: *In qua plurimi de virtutis laude abſque ſeditione certant.*

V. Cauſam ſcitanti cur Spartæ omnia deorum ſimulachra eſſent armata: *Ne*, inquit, *quæ opprobria hominibus objiciuntur ob ignaviam in deos referamus: ac ne inermes noſtri juvenes diis vota nuncupent.*

ΔΙΑΦΟΡΑ
ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΛΑΚΩΣΙΝ ΑΔΟΞΩΝ
ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

α'. Σαμίων πρεσβευταῖς μακρολογοῦσιν ἔφασαν οἱ Σπαρτιᾶται, Τὰ μὲν πρῶτα ἐπιλελάθαμες, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνήκαμες, διὰ τὸ τὰ πρῶτα ἐπιλελᾶσθαι.

E β'. Πρὸς Θηβαίους περί τινων ἀντιλέγοντας, Ἢ φρονεῖν, εἶπον, δεῖ ἔλασσον; ἢ δύνασθαι μεῖζον.

γ'. Λάκων ἐρωτηθεὶς δι' ἣν αἰτίαν τὰς τοῦ πώγωνος τρίχας ἐπὶ πολὺ κομώσας ἔχει, εἶπεν, Ἵνα βλέπων τὰς πολιὰς, μηδὲν ἀνάξιον αὐτῶν πράττω.

δ'. Ἐπαινοῦντός τινος τοὺς ἀρίστους μαχητὰς, Λάκων ἀκούσας εἶπεν, Ἐν Τροίᾳ.

ε'. Ἕτερος ἀκούσας δειπνήσαντάς τινας βιάζεσθαι πίνειν, Μὴ καὶ ἐσθίειν, εἶπε, βιάζονται;

D. 5. ΔΙΑΦΟΡΑ—ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.] Hæc inſcriptio abeſt in Ald. Baſ. Xyl. Venet. Voſſ. ubi priora ſequentibus continuantur. Adeſt in Anon. et reliquis.

SPARTANORUM ET LACONUM
APOPHTHEGMATA
OMISSIS AUCTORUM NOMINIBUS.

I. Samiorum legatis longa uſis oratione Spartani reſponderunt: *Primorum obliti ſumus: eamque ob rem poſteriora non intelleximus.*

II. Thebanis controverſiam quibuſdam de rebus moventibus dixerunt: *Aut ſubmiſſiores oportet veſtros animos, aut majorem eſſe potentiam.*

III. Laco quidam interrogatus cur tam prolixam aleret barbam, reſpondit: *Ut canos videns, nihil iis indignum in me admittam.*

IV. Laudante quodam optimos bellatores, Laco, *Ad Trojam*, ait, *fuerunt.*

V. Alius cum audiret quoſdam in cœna ſe ad bibendum invicem coegiſſe, dixit: *An etiam ad edendum?*

ϛ'. Πινδάρου γράψαντος, Ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθῆναι· Λάκων ἔφη, Καταπεσεῖν ἂν τὴν Ἑλλάδα ὀχουμένην ἐρείσματι τοιούτῳ.

ζ'. Ἐπεὶ δὲ ἰδών τις ἐν πίνακι γραπτῷ Λάκωνας F
ὑπὸ Ἀθηναίων σφαττομένους, ἔλεγεν, Ἀνδρεῖοί γ' Ἀθηναῖοι, Λάκων ὑποτυχών, Ἐν τῷ πίνακι, εἶπεν.

η'. Πρὸς δέ τινα προσιέμενον τὰς ἐκ διαβολῆς βλασφημίας, Λάκων εἶπε, Παῦσαι κατ' ἐμοῦ τὰ ὦτα χορηγῶν.

θ'. Πρὸς δὲ τὸν κολαζόμενον, καὶ λέγοντα, Ἄκων ἥμαρτον, εἶπέ τις, Ἄκων τοίνυν καὶ κολάζου.

ι'. Ἰδών τις ἐν ἀποχωρήσει θακέοντας ἐπὶ δίφρων ἀνθρώπους, Μὴ γένοιτο, εἶπεν, ἐνταῦθα καθίσαι ὅθεν οὐκ ἔστιν ἐξαναστῆναι πρεσβυτέρῳ.

ια'. Χίων ποτὲ κατ' ἐπιδημίαν ἀπὸ δείπνου ἐμεσάντων ἐν τῷ ἐφορείῳ, καὶ χεσάντων ἐπὶ τῶν δίφρων ἔνθα οἱ Ἔφοροι ἐκάθηντο, τὸ μὲν πρῶτον ἰσχυρῶς 233
ἀνεζήτουν τοὺς ποιήσαντας, μὴ πολῖται τυγχάνωσιν· ὡς

VI. Cum Pindarus ſcripſiſſet *Athenas fulcrum eſſe Græciæ*, dixit Laco quidam, *Utique Græciam collapſuram, quæ tali inniteretur fulcro.*

VII. Spectanti in tabula pictos Spartanos qui ab Athenienſibus occiderentur, ac dicenti, *Fortes ſane Athenienſes*, excipiens Laco verba, *In tabula*, inquit.

VIII. Cuidam calumnias admittenti Laco, *Deſine*, inquit, *contra me aures impendere.*

IX. Qui ſupplicio afficiebatur, ac ſe nolentem peccaſſe dicebat, ei quidam dixit: *Nolens itaque etiam pœnas da.*

X. Videns quidam exonerandæ alvi cauſa in ſellis ſedere alios: *Abſit*, inquit, *ut ibi ſedeam, unde ſeniori aſſurgere non licet.*

XI. Chii Spartam profecti cum a cœna in Ephoreo vomuiſſent, oletumque feciſſent in ſellis Ephororum: principio inquiſitum accurate eſt in auctores facinoris, ſi forte ci-

δ' ᾔσθοντο ὅτι Χῖοι εἶησαν, ἐκήρυξαν, Τοῖς Χίοις ἐφίασιν ἀσελγαίνειν.

ιβ'. Ἐπεὶ δέ τις τὰς ἀμυγδαλὰς τῶν σκληρῶν ἑώρα διπλασίῳ πωλουμένας, Μὴ σπάνιοι, ἔφη, οἱ λίθοι;

ιγ'. Τίλας τις ἀηδόνα, καὶ βραχεῖαν πάνυ σάρκα εὑρὼν, εἶπε, Φωνά τυ τις ἐσσὶ, καὶ οὐδὲν ἄλλο.

ιδ'. Ἰδών τις Λάκων Διογένην τὸν κύνα περιλαμβάνοντα ἀνδριάντα χάλκεον, ψύχους ὄντος σφοδροῦ, ἐπύθετο εἰ ῥιγῴη· ἀρνησαμένου δὲ, Τί οὖν, ἔφη, μέγα ποιεῖς;

ιε'. Ονειδισθείς τις τῶν Μεταποντίων εἰς δειλίαν ὑπὸ
B Λάκωνος, Ἀλλὰ μὴν, ἔφη, οὐκ ὀλίγα τῆς ἀλλοτρίας ἔχομεν· ὁ δὲ, Οὐ μόνον ἄρα, ἔφη, δειλοὶ, ἀλλὰ καὶ ἄδικοί ἐστε.

ις'. Κατ' ἐπιδημίαν τις ἐν Σπάρτῃ κρηπιδούμενος ὀρθὸς ἐπὶ θατέρου σκέλους, εἶπε πρὸς Λάκωνα, Οὐκ ἂν οἶμαί σε, ὦ Λάκων, τοσοῦτον χρόνον ἐπὶ τοῦ ποδὸς, ὅσον ἐγὼ, στῆναι. Καὶ ὃς ὑπολαβὼν, Οὐ γὰρ, ἔφη· τῶν μέντοι χηνῶν οὐκ ἔστιν ὅστις οὔ.

ves eſſent: ſed ubi ſenſerunt Ephori Chios eſſe, edixerunt publice, *Chiis permiſſum eſſe turpiter agere.*

XII. Quidam amygdalas duras videns duplo vendi, *An*, inquit, *rari ſunt lapides?*

XIII. Laco cum plumis luſciniam nudaſſet, ac parum admodum carnis reperiret, dixit: *Vox tu es, et nihil prætérea.*

XIV. Laco Diogenem canem videns ſtatuam æneam amplecti cum eſſet acre frigus, interrogavit, *An riges?* neganti, *Quid ergo*, inquit, *magnum facis?*

XV. Laco Metapontino cuidam timiditatem objiciebat. Qui cum diceret, *Atqui multum agri alieni nos poſſidemus:* reſpondit Laco, *Ergo non timidi ſolum, ſed injuſti etiam eſtis.*

XVI. Peregrinus quidam Spartæ rectus uno ſtans in pede, Laconi dicebat: non arbitror te tamdiu uni pedi poſſe inſiſtere: reſpondit Laco: *Sane: ſed nullus eſt anſerum, qui hoc non poſſit.*

ιζ'. Μεγαλυνομένου τινὸς ἐπὶ τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, εἶπέ τις Λάκων, Ἀλλὰ νὴ τὼ Σιώ, τέχνη ἄνευ τοῦ ἀληθείας ἧφθαι, οὔτε ἐστὶν, οὔτε μή ποτε γένηται.

ιη'. Ἀργείου ποτὲ εἰπόντος, Πολλοὶ τάφοι παρ' ἡμῖν C
εἰσι Σπαρτιατῶν, Λάκων εἶπεν, Ἀλλὰ μὴν παρ' ἡμῖν Ἀργείων οὐδὲ εἷς· ὡς αὐτῶν μὲν πολλάκις Ἄργους ἐπιβεβηκότων, Ἀργείων δὲ τῆς Σπάρτης οὐδέποτε.

ιθ'. Λάκων αἰχμαλωτισθεὶς καὶ πιπρασκόμενος, τοῦ κήρυκος λέγοντος, Λάκωνα πωλῶ, ἐπεστόμισεν, εἰπὼν, Αἰχμάλωτον κήρυσσε.

κ'. Τῶν παρὰ Λυσιμάχῳ στρατευομένων ἐρωτηθείς τις ὑπ' αὐτοῦ μή τις τῶν εἱλώτων ἐστὶ, Σὺ δ' οἴει, ἔφη, ἐπὶ τὸ παρὰ σοῦ τετρώβολον Λάκωνα ἥξειν;

κα'. Ὅτε Θηβαῖοι νικήσαντες τοὺς Λάκωνας ἐν Λεύκτροις πρὸς αὐτὸν παρῆσαν τὸν Εὐρώταν, καί τις μεγαλαυχῶν εἶπε, Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ Λάκωνες; Σπαρτιάτης
ληφθεὶς ὑπ' αὐτῶν, Οὐ πάρεισιν, ἔφη· οὐ γὰρ ἂν ὑμεῖς D
δεῦρο ἤλθετε.

XVII. Jactanti ſe ob artem oratoriam, Laco quidam: *Per Caſtores*, inquit, *neque eſt, neque erit ars ulla ſine veritate.*

XVIII. Argivo dicenti apud Argos multa eſſe Spartanorum ſepulchra, reſpondit Laco: *At Spartæ Argivorum nulla ſunt:* ſignificans, Spartanos ſæpe Argos adiviſſe, Argivos Lacedæmonem nunquam.

XIX. Laco captivus cum venderetur, præconi clamanti *Laconem ſe vendere*, os obturavit, *Captivum*, inquiens, *proclama.*

XX. Æra apud Lyſimachum merentium quidam ab ipſo interrogatus an ex Heilotibus unus eſſet: *Putas vero*, inquit, *Laconem aliquem ad tuum denarii beſſem venturum?*

XXI. Thebani victis ad Leuctra Spartanis cum ad ipſum Eurotam acceſſiſſent, ac quidam gloriabundus diceret, *Ubi ſunt Lacones?* quidam Spartanus ab iis captus, *Abſunt*, inquit: *alioqui vos huc non veniſſetis.*

κβ΄. Ἀθηναίων ἀξιούντων, ὅτε παρέδωκαν τὸ ἄστυ, Σάμον αὐτοῖς μόνον ἐᾶσαι, εἶπον, Ὅταν αὐτῶν οὐκ ἦτε, τότε καὶ ἄλλους ἔχειν ζητεῖτε; Ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ παροιμία,

Ὃς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, Σάμον θέλει.

κγ΄. Πόλιν τινὰ κατὰ κράτος ἑλόντων Λακεδαιμονίων, οἱ Ἔφοροι εἶπον, Οἴχεται τὸ πάλαισμα τῶν νέων· οὐκ ἔτι ἕξουσιν ἀνταγωνιστάς.

κδ΄. Ἄλλην πόλιν ὑπισχνουμένου βασιλέως αὐτῶν τέλεον ἀφανιεῖν ἣν συμβεβήκει πράγματα πολλάκις παρεσχῆσθαι τοῖς Λάκωσιν, οὐκ ἐπέτρεψαν, φάμενοι, Μηδαμῶς ἀφανίσῃς μηδ᾽ ἀνέλῃς τὴν ἀκόνην τῶν νέων.

κε΄. Τοῖς παλαίουσι παιδοτρίβας οὐκ ἐφίστανον, ἵνα μὴ τέχνης ἀλλ᾽ ἀρετῆς ἡ φιλοτιμία γένηται. Διὸ καὶ Λύσανδρος ἐρωτώμενος ὅπως ὁ Χάρων ἐνίκησεν αὐτὸν, Τῇ πολυμηχανίᾳ, εἶπε.

κϛ΄. Φιλίππου γράφοντος, ὅτε εἰς τὴν χώραν αὐ-

XXII. Athenienſibus Spartani urbem dedentibus ac Samum duntaxat ſibi relinqui poſtulantibus, reſponderunt: Quo tempore veſtri juris non eſtis, alios vobis dari poſcitis: hinc proverbium:

Qui non habet ſeipſum, habere vult Samum.

XXIII. Cum Lacedæmonii urbem quandam vi cepiſſent, Ephori dixerunt: *Periit palæſtra juvenum, non habiturorum concertatores.*

XXIV. Aliam urbem, quæ ſæpe negotium exhibuerat Spartanis, rege ipſorum pollicente ſe funditus deleturum, non permiſerunt, inquientes: *Noli abolere aut delere cotem juventutis.*

XXV. In palæſtra ſe exercentibus nullos adjunxerunt pædotribas; ut ne artis, ſed virtutis iſtud eſſet certamen. Itaque Lyſander etiam interrogatus quomodo eſſet victus a Charonte, reſpondit, *Artificii varietate.*

XXVI. Philippo, cum in agrum Laconicum veniſſet,

τῶν παρεγίνετο, πότερον βούλονται φίλον ἐλθεῖν ἢ πολέμιον αὐτόν, ἀντεφώνησαν, Οὐδέτερον.

κζ'. Πρεσβευτὴν τινα πέμψαντες πρὸς Ἀντίγονον τὸν Δημητρίου, πυθόμενοι ὅτι ἐκάλεσεν αὐτὸν βασιλέα, ἐζημίωσαν, καίτοι μέδιμνον πυρῶν ἑκάστῳ παρ' αὐτοῦ σιτοδείας οὔσης κομίζοντα.

κη'. Ἐνέγκαντός τινος ἀρίστην γνώμην μοχθηροῦ, ταύτην μὲν ἀπεδέξαντο, περιελόμενοι δὲ τούτου, περιέθηκαν ἑτέρῳ καλῶς βεβιωκότι.

κθ'. Ἀδελφῶν πρὸς ἀλλήλους διαφερομένων, τὸν πατέρα ἐζημίωσαν ὅτι τοὺς υἱοὺς στασιάζοντας περιορᾷ.

λ'. Ψάλτην ἐπιδημήσαντα ἐζημίωσαν ὅτι δακτύλοις κιθαρίζει.

λα'. Δύο παῖδες ἐμάχοντο, ἅτερος δὲ αὐτῶν τὸν ἕτερον ἔτρωσε δρεπάνῳ, πληγῇ θανασίμῳ· τῶν δὲ συνήθων παίδων, ἐπεὶ διαλύεσθαι ἔμελλεν, ἐπαγγελλομένων ἀμυνεῖσθαι καὶ ἀναιρήσειν τὸν πλήξαντα, Μηδαμῶς,

per litteras quærenti amicumne ipſum vellent aut inimicum venire, reſponderunt Spartani, *Neutrum.*

XXVII. Legatum quem ad Antigonum Demetrii filium miſerant, quanquam in penuria ille ab hoc medimnum tritici in caput civis impetratum adferebat, tamen quod regem appellaſſet Antigonum, mulctaverunt.

XXVIII. Cum pravus homo optimam tuliſſet ſententiam, probaverunt quidem eam, ſed ab eo ad hominem qui honeſte vixiſſet tanquam ejus auctorem tranſtulerunt.

XXIX. Fratribus inter ſe litigantibus, patrem mulctaverunt, quod diffidere filios pateretur.

XXX. Peregrinum fidicinem mulctaverunt, quod digitis fides feriret.

XXXI. Duo pueri pugnabant, horum alter alteri falce vulnus lethale intulit. Cum autem pueri familiares, qui pacis componendæ gratia intervenerant, promitterent ſe ultores fore, et percuſſorem interfecturos: *Nolite obſecro,* inquit: *fiet hoc injuſte: idem*

234 εἶπε, πρὸς θεῶν· οὐ γὰρ δίκαιον· καὶ γὰρ ἂν ἐγὼ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἔφθασα καὶ ἀγαθὸς ἐγενόμην.

λβʹ. Ἕτερον παιδάριον, ἐπεὶ παρῆν ὁ καιρὸς ἐν ᾧ κλέπτειν νενόμιστο τοὺς ἐλευθέρους παῖδας ὅ, τι τις δύναιτο, καὶ μὴ λαθεῖν αἰσχρὸν ἦν, ὡς οἱ σὺν αὐτῷ παῖδες ζῶν ἔκλεψαν ἀλωπέκιον, καὶ ἔδωσαν αὐτῷ φυλάττειν· παραγενομένων τῶν ἀπολωλεκότων ἐπὶ ζήτησιν, ἔτυχεν μὲν ὑποβαλὼν τὸ ἀλωπέκιον ὑπὸ τὸ αὐτοῦ ἱμάτιον· ἀγριαίνοντος δὲ τοῦ θηρίου καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ κατεσθίοντος μέχρι τῶν σπλάγχνων, ἠρέμει, ἵνα μὴ γένηται καταφανής. Ὡς δὲ ὕστερον ἐκείνων ἀπελθόντων ἐθεά-
B σαντο τὸ γεγονὸς οἱ παῖδες καὶ ἐμέμφοντο, λέγοντες ἄμεινον εἶναι φανερὸν ποιῆσαι τὸ ἀλωπέκιον ἢ μέχρι θανάτου κρύπτειν, Οὐμενοῦν, εἶπεν, ἀλλὰ κρεῖττον ταῖς ἀλγηδόσιν τελευτᾶν, ἢ περίφωρον γενόμενον, διὰ μαλακίαν τὸ ζῆν αἰσχρῶς περιποιήσασθαι.

λγʹ. Περιτυχόντες τινὲς Λάκωσι καθ' ὁδὸν, εἶπον, Εὐτυχήκατε, ἀρτίως ἐντεῦθεν λῃστῶν ἀπιόντων. Οἱ δὲ,

enim ipſe facturus eram, ſi ſtrenuus fuiſſem, et antevertiſſem.

XXXII. Alius puſio, cum appetiiſſet tempus quo lege jubebantur ingenui pueri furari quicquid poſſent, turpe autem habebatur deprehendi: ſociis vulpeculam furatis, ipſique ut adſervaret tradentibus, ubi quæſitum venerunt qui perdiderant, ſubter tunica abdiderat beſtiam. Quæ cum efferata latus ejus uſque ad viſcera corroderet, tamen ſe continuit, ne furtivam rem proderet. Illis deinde digreſſis cum æquales viderent quid eſſet perpeſſus, reprehenderentque factum, præſtare dicentes vulpeculam detegere, quam uſque ad mortem occultare: *Nequaquam*, inquit: *nam moriendum potius fuit in doloribus, quam furti compertum ob mollitiem vita turpiter potiri.*

XXXIII. Obvii quidam in itinere facti Laconibus dicebant, *Favit vobis fortuna; jam enim latrones hinc diſceſſerunt*: reſponderunt: *Non per*

Οὐ μὰ τὸν Ἐνυάλιον, ἀλλ' ἐκείνοις μὴ περιτυχόντες ἡμῖν.

λδ'. Λάκων ἐρωτηθεὶς τί ἐπίσταται, εἶπεν, Ἐλεύθερος εἶναι.

λε'. Παῖς Σπαρτιάτης αἰχμαλωτισθεὶς ὑπ' Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως καὶ πραθεὶς, τὰ μὲν ἄλλα πάντα C
ὑπήκοος ἦν τῷ πριαμένῳ, ὅσα ᾤετο προσήκειν ἐλευθέρῳ ποιεῖν· ὡς δὲ προσέταξεν ἀμίδα κομίζειν, οὐκ ἠνέσχετο, εἰπὼν, Οὐ δουλεύσω· ἐνισταμένου δὲ ἐκείνου, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν κέραμον, καὶ εἰπὼν, Εἴσῃ τῆς ὠνῆς· ἔβαλεν ἑαυτὸν κάτω, καὶ ἐτελεύτα.

λϛ'. Ἕτερος πωλούμενος, εἰπόντος τινὸς Χρήσιμος ἔσῃ ἐὰν ἀγοράσω σε; Κἂν μὴ ἀγοράσῃς, εἶπεν.

λζ'. Ἄλλος αἰχμάλωτος πιπρασκόμενος, τοῦ κήρυκος ἐπιλέγοντος ἀνδράποδον πωλεῖν, Κατάρατε, εἶπεν, οὐκ ἐρεῖς αἰχμάλωτον;

C. 5. Εἴσῃ τῆς ὠνῆς] Ita omnes libri. Forte ſanum et valet quod vertit Xyl. et item Philelph. ac Raphael. Forte legendum Ὄνησῃ τῆς ὠνῆς, *Frueris emptione:* ut prima ſyllaba a proxime antecedenti abſumpta videatur. Eodem ſenſu ἀπόνησαι τῆς ὠνῆς, Toup. Ep. Crit. p. 154. Seneca Ep. LXXVII. factum retulit, hanc dicti partem omiſit. Mez. οἰμώξῃ. Sed tum delendum τῆς ὠνῆς: ut infra p. 242. fin.

Martem: ſed latronibus fuit ſecunda, quod in nos ii non inciderunt.

XXXIV. Laco quid ſciret interrogatus, reſpondit: *Liber eſſe.*

XXXV. Puer Spartanus captus a rege Antigono et venditus, omnibus in rebus emptori morem geſſit, quas libero convenire putabat: juſſus autem matulam adferre, recuſavit, ſerviturum ſe negans: et urgente domino, tectum conſcendit, fatuſque, *Scies quid emeris*, præcipitem ſe inde dedit, ac vita deceſſit.

XXXVI. Alius cum venderetur, quærenti, Probuſne eris ſi te emero? reſpondit, *Etiam ſi non emeris.*

XXXVII. Alius captivus cum venderetur, et præco proclamaret Mancipium vendo: *Sceleſte*, inquit, *cur non dicis captivum?*

λη΄. Λάκων ἐπὶ τῆς ἀσπίδος μυῖαν ἔχων ἐπίσημον, D καὶ ταύτην οὐ μείζω τῆς ἀληθινῆς, ὡς καταγελῶντές τινες ἔλεγον ὑπὲρ τοῦ λανθάνειν τοῦτο πεποίηκει, Ἵνα μὲν οὖν, εἶπε, φανερὸς ὦ· οὕτω γὰρ τοῖς πολεμίοις πλησίον προσέρχομαι, ὥστε τὸ ἐπίσημον ἡλίκον ἐστὶν ὑπ' αὐτῶν ὁρᾶσθαι.

λθ΄. Ἕτερος, ἐν συμποσίῳ προσενεχθείσης λύρας, Οὐ Λακωνικὸν, εἶπε, τὸ φλυαρεῖν.

μ΄. Σπαρτιάτης ἐρωτηθεὶς εἰ ἀσφαλὴς ἡ εἰς Σπάρτην ὁδὸς, εἶπεν, Ὁποῖος καθίσεις· οἱ μὲν γὰρ λέοντες βαδίζοντες ἀποκλαίοντι, τοὺς δὲ λαγὼς ἐπὶ τὰ σκηνᾷ θηρεύομες.

μα΄. Ἐν χειραψίᾳ περικρούοντος τοῦ προστραχηλίζοντος E κενοσπούδως, καὶ κατασπῶντος ἐπὶ τὴν γῆν, ἐπειδὴ τῷ σώματι ἐλείπετο ὁ προσαπεσὼν, ἔδακε τὸν βραχίονα· καὶ ὁ ἕτερος εἶπε, Δάκνῃς, ὦ Λάκων, ὥσπερ αἱ γυναῖκες· Οὔμενουν, εἶπεν ἅτερος, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λέοντες.

D. 9. καθίσεις—ἀποκλαίοντι] Malim ἀποκλείονται. Pro καθίσεις verius ſit καθίξεις, a καθίκω deſcendo. J. habet καθίσῃς—ἀποκαλέοντι. Difficile eſt ſtatuere.

XXXVIII. Laco quidam clypeum muſca inſigniverat, non excedente vivæ muſcæ quantitatem. Cum deridentes eum nonnulli dicerent latendi cauſa ab eo factum hoc eſſe: *Immo*, inquit, *ut agnoſcar; ita enim prope ad hoſtes accedo, ut cernere poſſint inſignis mei quantitatem.*

XXXIX. Alius allata in convivio lyra dixit: *Non eſt Laconicum nugari.*

XL. Spartanus interrogatus an tuta eſſet Spartam via, reſpondit: *Pro eo atque deſcenderis: Leones enim venatum prodimus, lepores in latebris venamur.*

XLI. In lucta quidam cum apprehenſus collo ad terram detraheretur, neque corpus ſuſtinere poſſet, colluctantis brachium momordit: cumque hic diceret, *Mordes, O Laco, ſicut mulieres*: reſpondit, *Nequaquam, ſed ut leones.*

μβ'. Χωλὸς ἐπὶ πόλεμον ἐξιὼν καὶ διαγελώμενος, εἶπεν, Οὐ φευγόντων δεῖ, ἀλλ' ἱσταμένων καὶ τὴν τάξιν τηρούντων.

μγ'. Ἕτερος τοξευθεὶς καὶ τὸν βίον ἐκλείπων, ἔλεγεν, Οὐ μέλει μοι τοῦτο ὅτι ἀποθανοῦμαι, ἀλλ' ὅτι ὑπὸ γυννίδος τοξότου καὶ μηδὲν πράξας.

μδ'. Εἰς πανδοκεῖόν τις καταλύσας καὶ δοὺς ὄψον τῷ πανδοκεῖ σκευάσαι, ὡς ἄπερ τυρὸν ᾔτει καὶ ἔλαιον, F
Τί, ἔφη, εἰ τυρὸν εἶχον, ἔτι ἂν ἐδεόμην ὄψου;

μέ. Πρὸς δὲ τὸν μακαρίζοντα Λάμπιν τὸν Αἰγινήτην διότι ἐδόκει πλουσιώτερος εἶναι ναυκλήρια πολλὰ ἔχων, Λάκων εἶπεν, Οὐ προσέχω εὐδαιμονίᾳ ἐκ σχοινίων ἀπηρτημένῃ.

μϛ'. Εἰπόντος δέ τινος Λάκωνι ὅτι ψεύδεται, ἀπεκρίνατο, Ἐλεύθεροι γάρ εἰμες· οἱ δ' ἄλλοι αἴκα μὴ τὰ ἀληθῆ λέγοντι, οἰμώξονται.

μζ'. Προθέμενός τις νεκρὸν στῆσαι ὄρθιον, ὡς πάντα

XLII. Claudus in militiam proficiſcens cum derideretur, dixit: *Non fugientibus opus eſt, ſed ſtantibus et locum ſuum tuentibus.*

XLIII. Alius ſagitta ictus cum animam ageret, aiebat, *Non mortem ſibi moleſtam eſſe, ſed quod nulla re geſta necatus eſſet ab effeminato ſagittario.*

XLIV. Quidam cum in diverſorium publicum ſe recepiſſet, cauponi, cui apparandum dederat obſonium, caſeum oleumque poſcenti, *Quid*, inquit, *ſi caſeum haberem, an præterea obſonium requirerem?*

XLV. Felicem prædicanti Lampidem Æginetam, quod prædives putabatur ob multarum negotiationibus deſtinatarum navium poſſeſſionem, Laco quidam dixit: *Non moveor felicitate a funibus pendente.*

XLVI. Laco ei qui mentiri ipſum dicebat, *Quia enim*, inquit, *liberi ſumus: reliqui niſi vera dicant, ejulabunt.*

XLVII. Intendebat quidam cadaver rectum conſtituere: cum autem omnia experto res

ποιῶν οὐκ ἠδύνατο, Νὴ Δία, εἶπεν, ἔνδον τί εἶναι δεῖ.

μη'. Τύννιχος, Θρασυβούλου τοῦ παιδὸς ἀποθανόντος, εὐρώστως ἤνεγκε· καὶ ἐπίγραμμα εἰς τοῦτον ἐγένετο,

235 Τὰν Πιτάναν Θρασύβουλος ἐπ' ασπίδος ἤλυθεν ἄπνους,
Ἑπτὰ πρὸς Ἀργείων τραύματα δεξάμενος,
Δεικνὺς ἀντία πάντα· τὸν αἱματόεντα δ' ὁ πρέσβυς
Θεὶς ἐπὶ πυρκαϊὴν Τύννιχος εἶπε τάδε,
Δειλοὶ κλαιέσθωσαν· ἐγὼ δέ σε, τέκνον, ἄδακρυς
Θάψω, τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον.

μθ'. Ἀλκιβιάδῃ τῷ Ἀθηναίῳ βαλανέως ἐπὶ πλεῖστον παραχέοντος ὕδωρ, Λάκων εἶπε, τί τοῦτο ὡς οὐ καθαρῷ, σφόδρα δὲ ὡς ῥυπαρῷ πλεῖον παραχεῖ;

ν'. Φίλιππος ὅτε ἐνέβαλεν εἰς τὴν Λακωνικήν,
B καὶ ἐδόκουν ἅπαντες ἀπολεῖσθαι, εἶπε πρός τινα τῶν Σπαρτιατῶν, Τί νῦν ποιήσετε, ὦ Λάκωνες; Τί γὰρ, ἔφη, ἄλλο ἢ ἀνδρείως ἀποθανούμεθα; μόνοι γὰρ ἡμεῖς Ἑλλήνων ἐλεύθεροι εἶναι καὶ μὴ ὑπακούειν ἄλλοις ἐμάθομεν.

A. 8. παραχέοντος—παραχεῖ] Ita recepi ex Voſſ. T. P. Vulgo παρέχοντος—παρέχει. Cæterum dicti non ſatis expedita ſententia.

non ſuccederet, *Profecto*, inquit, *oportebat aliquid intus eſſe.*

XLVIII. Tynnichus Thraſybuli filii mortem magno tulit animo: extatque in hunc tale epigramma:

Exanimis Pitanam Thraſybulus in aſpide venit,
Argivi ſeptem vulnera cui dederant,
Cuncta gerens adverſa: rogo pater hunce cruentum
Tynnichus imponens protulit iſta ſenex:
Plorentur timidi: te fili ſiccus humabo
Lumina, qui meus es, qui Lacedæmonius.

XLIX. Cum Alcibiadi Athenienſi plurimum aquæ præberet balneator, Laco dixit: *Cur huic velut immundo et admodum ſordido plus aquæ affundit?*

L. Philippus cum in Laconicam irrupiſſet, Spartaniſque univerſis videretur exitium imminere, dixit cuidam Spartano, *Quid nunc facietis, Lacones?* reſpondit is, *Quid aliud, quam moriemur fortiter? ſoli enim Græcorum nos liberi eſſe, et non obedire aliis didicimus.*

να'. Μετὰ δὲ τὴν Ἄγιδος ἧτταν ὁμήρους αἰτοῦντος Ἀντιπάτρου πεντήκοντα παῖδας, Ἐτεοκλῆς ἐφορεύων εἶπε, Παῖδας μὲν οὐ δώσειν, ἵνα μὴ ἀπαίδευτοι γένωνται, τῆς πατρίου ἀγωγῆς ἀτακτήσαντες· οὐδὲ πολῖται γὰρ ἂν εἴησαν· πρεσβύτας δ᾽ ἢ γυναῖκας, εἰ βούλοιτο, διπλασίους δώσειν. Ἀπειλοῦντος δ᾽ αὐτοῦ δεινὰ εἰ μὴ λάβοι, ἀπεκρίναντο κοινῇ, Ἐὰν χαλεπώτερα θανάτου ἐπιτάττῃς, εὐκολώτερον ἀποθανούμεθα. C

νβ'. Πρεσβύτης ἐν Ὀλυμπίᾳ συντελουμένου τοῦ ἀγῶνος προθυμούμενος θεάσασθαι, καθέδρας ἠπόρει· πολλοὺς δ᾽ ἐπιπορευόμενος τόπους, ὑβρίζετο καὶ ἐσκώπτετο, μηδενὸς αὐτὸν προσδεχομένου· ὡς δὲ κατὰ τοὺς Λακεδαιμονίους ἧκεν, ἀνέστησαν πάντες οἱ παῖδες καὶ πολλοὶ τῶν ἀνδρῶν, τοῦ τόπου ἐκχωροῦντες· τῶν δὲ Πανελλήνων ἐπισημειωσαμένων κρότῳ τὸ ἦθος καὶ ὑπερεπαινούντων, ὁ πρεσβύτης

B. 8. *ἀτακτήσαντες*] Satis bonum. Melius tamen et forte verum *ἀτυχήσαντες*. J. Venet. *ἀτευκτήσαντες*: quod nec ipſum repudiandum. Voſſ. *ἀτακτίσαντες* vitioſe.

LI. Poſt cladem duce Agide acceptam, cum Antipater obſidum loco poſceret quinquaginta pueros Eteocles tum ephorus daturum ſe eos negavit, ne male educarentur, et ab inſtitutis patriæ deſciſcentes civitati incommodi fierent: ſenum autem aut mulierum duplum, ſi vellet, numerum obtulit. Cumque Antipater atrocia minaretur niſi darentur, publico nomine reſpondit: *Si difficiliora morte imperas, facilius nobis erit mori.*

LII. Senex quidam Olympiæ commiſſum certamen ſpectare cupiens, ſedem non inveniebat, cumque multa obiret loca, a nemine admiſſus contumeliis inſuper dicteriiſque exagitabatur: cum autem ad Lacedæmonios veniſſet, omnes ei pueri aſſurrexerunt, multique viri loco ceſſerunt. Quem morem univerſis Græcis plauſu approbantibus, ſummiſque laudibus ferentibus, ſenex iſte

Κινήσας πολιόν τι κάρη πολιόν τι γένειον,

D καὶ δακρύσας, Οἴμοι τῶν κακῶν, φησὶν, ὡς ἅπαντες μὲν οἱ Ἕλληνες ἐπίστανται τὰ καλὰ, χρῶνται δ' αὐτοῖς μόνοι Λακεδαιμόνιοι. Φασὶ δέ τινες ὅτι καὶ Ἀθήνησι τὸ αὐτὸ ἐγένετο· Παναθηναίων γὰρ ὄντων οἱ Ἀττικοὶ γέροντα προεπηλάκιζον, προσκαλούμενοι μὲν ὡς παραδεξόμενοι, εἰ δὲ παραγένοιτο, οὐ προσδεχόμενοι· ὡς δὲ διεξιὼν σχεδὸν ἅπαντας, ἐγένετο κατὰ τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων θεωροὺς, ἅπαντες τῶν βάθρων ἀναστάντες, τοῦ τόπου παρεχώρουν· ἀγασθεὶς δὲ ὁ ὄχλος ἐπὶ τῷ γεγονότι, ἐκρότησε μετὰ πολλῆς ἐπισημασίας, καί τις εἶπε τῶν Σπαρτιατῶν, Νὴ τὼ Σιὼ, ἴσασι μὲν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ καλὰ, E οὐ πράσσουσι δέ.

νγ'. Ἐπαίτης ᾔτησε Λάκωνα· Ἀλλ' εἰ δῴην σοι, ἔφη, μᾶλλον πτωχεύσεις· τῆς δὲ ἀσχημοσύνης σου ταύτης, ὁ πρῶτος μεταδοὺς, αἴτιος, ἀργόν σε ποιήσας.

νδ'. Λάκων ἰδὼν ἀγείροντά τινα θεοῖς, Οὐδὲν, εἶπε, φροντίζειν θεῶν πτωχοτέρων ἑαυτοῦ.

Concutiens canam barbamque et tempora cana,

